UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

**Erasmus, Desiderius**

**Erphordie, 1520**

**VD16 B 4591**

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]

Durch

Vitam z misericordia tribuisti michi
z visitatio tua custodivit spiritum
meum

Gratias

Danckes [illegible] [illegible]

Godes wort bliuet euichlich

[illegible]

[illegible]

G · W · B · E

Iocundare plebs fidelis cuius
pater est in celis recolens
ezechielis prophete preconia

[illegible]

Iocundare plebs fidelis cuius pater
est in celis recolens ezechielis

# Ex Nouo Teſtamento Quatuoꝛ Euā-
GELIA IAM DENVO AB ERASMO ROTERODA:
recognita, emendata ac liberius verſa, non ſolum ad Gręcorum
veritatem, verum etiam ad multorum vtriuſqꝫ linguę codicum,
eorumqꝫ veterum ſimul & emendatorū fidem, conſultis proba-
tiſſimis autoribꝰ, quid citent, quid legant, & quid interpretēt,
ita vt ſermo totus Latinę mundiciei ſit redditus, ſalua ſimplicita
te dictionis apoſtolicę Quiſquis igitur amas veram Theologiā
lege, cognoſce, ac deinde iudica.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## DILECTO FILIO ERASMO ROTERODAMO SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI.

# Leo. Papa. x.

DILECTE fili Salutem, & apoſtolicam beñ. Valde nos de-
lectarunt lucubrationes tuæ in teſtamētum nouum iam pridem
æditæ, non tam quia noſtro nomini dicatæ fuerant, q̄ quod non
vulgari, ſed noua & inſigni quadam eruditione præſtabant, om-
niumqꝫ doctorū calculo plurimū laudabantur. Quas nuper a te
recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illu-
ſtrataſqꝫ fuiſſe certiores facti, non mediocriter gauiſi fuimus, ex
prima illa æditione quæ abſolutiſſima videbatur, coniecturā fa-
cientes, qualis hæc futura, quantumue boni, sacræ Theologiæ
ſtudioſis, ac orthodoxæ fidei noſtræ ſit allatura. Macte igitur iſti-
us animi tui eſto, ac publicæ vtilitati ſtudens, operi tam ſancto,
vt in lucem exeat, ſedulo inuigila. Dignam quidē tot laborum
mercedem ab ipſo deo relaturus: a nobis vero meritam cōmen-
dationem, & cunctis Chriſtifidelibus perpetuam laudem conſe-
cuturus. Datū Romæ apud ſanctū Petrū. Sub annulo piſcatoris.
Die. X. Septembris. M.D.XVIII.
Pontificatus noſtri Anno Sexto.

## VITA SANCTI MATTHAEI PER DIVVM HIERONIMVM.

MATTHAEVS qui & Leui, ex publicano Apoſtol⁹, prim⁹
in Iudæa propter eos qui ex circunciſiōe crediderant, euangeliū
CHRISTI Hebraicis literis verbiſqꝫ cōpoſuit. Quod quis po-
ſtea in Græcū tranſtulerit, nō ſatis certū eſt. Porro ipſum Hebrai-
cū habet̄ vſqꝫ hodie in Cæſarieſi bibliotheca, quā Pamphil⁹ mar
tyr ſtudioſiſſime confecit. Mihi quoqꝫ a Nazaræis in Berœa vrbe
Syriæ hoc volumine vtuntur, deſcribendi facultas fuit. In quo
animaduertendū, quod vbicunqꝫ euangeliſta, ſiue ex perſona ſua,
ſiue ex perſona domini ſaluatoris, veteris ſcripturæ teſtimonijs
vtitur, nō ſequat̄ Septuaginta tranſlatorū autoritatē, ſed Hebrai-
cam, e quibus illa duo ſunt. Ex Aegypto vocaui filium meum.
Et, quoniam Nazareus vocabitur.

# EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.

L IBER GENERATIONIS IESV
Chriſti filij Dauid, filij Abrahã. Abraham
genuit Iſaac. Iſaac aũt, genuit Iacob. Iacob
aũt, genuit Iudã, & fratres eius. Iudas aũt,
genuit Phares, & Zaram e Thamar. Pha-
res aũt, genuit Eſrom. Eſrom autẽ, genuit Aram. Aram autem,
genuit Aminadab. Aminadab autẽ, genuit Naaſſon. Naaſſon
autẽ, genuit Salmon. Salmon autem, genuit Booz, e Rhachab.
Booz aũt, genuit Obed, e Ruth. Obed autem, genuit Ieſſe. Ieſſe
aũt genuit Dauid regem. Dauid aũt rex, genuit Solomonẽ, ex ea
quæ fuerat vxor Vriæ. Solomon aũt genuit Roboã. Rhoboam
aũt genuit Abia. Abia aũt genuit Aſa. Aſa aũt, genuit Ioſaphat
Ioſaphat aũt, genuit Ioram, Ioram aũt, genuit Hoziam. Hozi-
as aũt, genuit Ioatham. Ioatham aũt, genuit Achaz. Achaz aũt,
genuit Ezeciã. Ezecias aũt genuit Manaſſe. Manaſſes autem, ge-
nuit Amon. Amon aũt genuit Ioſiam. Ioſias aũt, genuit Iecho-
nian, & fratres eius in exilio Babylonico: Porro poſt exiliũ Ba-
bylonicũ, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel aũt, genuit Zo-
robabel. Zorobabel autẽ, genuit Abiud. Abiud autẽ, genut Elia-
cim. Eliacim aũt, genuit Azor. Azor aũt, geuuit Sadoc. Sadoc
aũt, genuit Achin. Achin aũt, genuit Eliud. Eliud autem, genuit
Eleazar. Eleazar aũt, genuit Matthan. Matthan autem, genuit Ia-
cob. Iacob aũt, genuit Ioſeph, maritũ Marię, ex qua genitus fuit
Ieſus, ille qui dicit̃ Chriſtus. vniuerſę itaq; generatiões ab Abra-

ham vſq; ad Dauid, generationes quatuordecim, & a Dauid vſq;
ad demigrationē Babilonycam generetiones quatuordecim, & a
demigratione Babylonica vſq; ad Chriſtum generationes quat-
tuordecim. Crhiſti vero natiuitas ſic habet. Cū mater eius Maria
deſpōſa eſſet Ioſeph, priuſq̄ cōgreſſi fuiſſent, depræhenſa eſt gra
uida e ſpū ſancto. Porro Ioſeph maritus eius, qm̄ erat iuſtus, &
nolebat illam infamare, noluit clanculum ab ea diuertere. Hæc
autē cū is in aīo verſaret, ecce angelus domini in ſomnis viſus eſt
illi dicens. Ioſeph fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariā vx
orē tuā. Nā quod in illa conceptū eſt, a ſpiritu ſancto ꝑfectū eſt.
Pariet aūt filiū, & vocabis nomen eius Ieſum. Is enim ſaluū fa-
ciet populū ſuū a peccatis ſuis. Porro totū hoc factū eſt, vt perfi-
ceretur id quod dictū fuerat a domino per ꝓphetā ita loquentē.
Ecce virgo erit prægnans, & pariet filium, & vocabunt nomen
eius Emmanuel, quod ſi quis interpretetur, ſonat, nobiſcū deus.
Excitatus autem Ioſeph a ſomno, fecit vt iniūxerat ſibi angelus
dn̄i, & adiunxit ſibi vxorē ſuam, & non cognouit eam, donec pe-
periſſet filiū ſuū primogenitū, & appellauit nomen eius Ieſum.

## ¶CAPVT. II.

C Vm autem natus eſſet Ieſus in Bethleem vico Iudeæ
tēporibus Herodis regis, Ecce magi ab oriente ac-
ceſſerūt Hieroſolyma, dicentes, vbi eſt ille, qui natus
fuit rex iudæorū? vidimus enim illius ſtellam in oriente, & ac-
ceſſim⁹, vt adoremꝰ eū. Auditis aūt his Herodes rex, turbatus
eſt, & tota Hieroſolymorū vrbs cū illo, & conuocatis omnibus

pontificibus,& ſcribis populi,percontatus eſt eos, vbi Chriſtus
naſceretur. At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudææ. Sic em̄ ſcrip-
tū eſt per prophetā, Et tu Bethleem terra Iuda,nequaꝗ minima
es inter principes Iuda. Ex te enim mihi proditurus eſt dux,qui
gubernaturus eſt populū meū Iſrael. Tū Herodes clam acceſſi-
tis magis,accurate per quiſiuit ab illis,quo tempore ſtella appa-
ruiſſet. Et iuſſis ire in Bethleem,dixit,profecti illuc, accurate in-
quirite de puero. Vbi vero reperitis,renūciate mihi,vt & ego ve-
niā & adorē illum. At illi audito rege,profecti ſunt, & ecce ſtella
quā viderant in oriente, præcedebat illos,donec progreſſa,ſtaret
ſupra locū in quo erat,puer. Cū aūt vidiſſent ſtellam, gauiſi ſunt
gaudio magno valde. Et ingreſſi domum, repererunt puerum,
cū Maria matre eius,& proſtrati adorauerunt illū,& apertis the-
ſauris ſuis,obtulerunt illi munera, aurum, & thus, & myrrham,
& oraculo admoniti, in ſomnis, nec reflecterent ſe ad Herodem,
per aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. Digreſſis aūt illis, ecce an
gelus domini apparet in ſomnis Ioſeph dicens. Surge & aſſume
puerū ac matrē illius,& fuge in Aegyptū,& eſto illic donec dixe-
ro tibi. Futurū eſt em̄, vt Herodes quærat puerū ad perdendum
eum. Ille vero excitatus, aſſumpſit puerū & matrē eius noctu &
ſeceſſit in Aegyptū,& fuit illic vſqꝫ ad obitū Herodis,vt perfice-
retur quod dictum fuerat a domino per prophetā dicentem. Ex
Aegypto vocaui filiū meū. Tum Herodes vbi vidit ſibi illuſum
fuiſſe a magis,indignatus eſt vehemēter,ac miſſis ſatellitibus,in-
terfecit om̄es pueros qui erant Bethleem, & in omnibꝰ confinijs

Bethleemiticis, quotquot eſſent bimuli aut minores, iuxta tem-pus, quod exacte cognouerat ex magis. Tunc perfectũ eſt, quod dictũ fuerat ab Hieremia propheta, cũ ait. Vox in Rhama audi-ta eſt, lamentatio, ploratus, & fletus multus. Rhachel plorans fi-lios ſuos, & noluit conſolationẽ admittere, propterea, quod non ſint Cæterũ defuncto Herode, ecce angelus dñi in ſomnis appa-ret Ioſeph in Aegypto, dicens. Surge & aſſume puerũ & matrẽ eius, & vade in terrã Iſrael. Defuncti ſunt enim, qui quærebant animã pueri. At ille ſurgens aſſumpſit puerũ, & matrem illius, & venit in terrã Iſrael. Verũ cũ audiſſet Archelaũ regnare in Iu-dęa, loco Herodis patris ſui, timuit illuc abire, ſed oraculo admo-nitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilęæ, ac ꝓfectus habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt impleretur, quod dictum fue-rat per prophetas, Nazareus vocabitur.

## ¶CAPVT. III.

IN diebus illis, accedit Ioannes baptiſta, prędicans in deſerto Iudææ dicenſq́;, Reſipiſcite, in ꝓpinquo eſt em̃ regnũ cœlorũ. Nã hic eſt ille, de quo dixit Prophe-ta, qui ait, Vox clamantis in deſerto, parate viam dñi, rectas facite ſemitas eius. Ipſe vero Ioannes habebat indumentũ ſuum e pilis camelorũ, & zonã pelliceam circum lumbos ſuos. Porro cibus illius erant locuſtæ, & mel ſylueſtre. Tunc egreſſa eſt ad illum. Hieroſolyma, & tota Iudęa, totaq́; regio vndiq́; finitima Iardani, & Baptizabantur in Iordane ab illo, confitentes peccata ſua. Cũ vidiſſet autẽ multos ex phariſæis & ſadducæis, venientes, ad bap

tiſmū ſuū, dixit illis. Progenies viperarū, quis vobis ſubmonſtra
uit, vt fugeretis a vētura ira? Facite igit̄ fructus, qui deceant pœ-
nitentiam. Et ne ſitis hac mente, vt dicatis intra voſipſos, patrem
habemus Abraham. Dico enim vobis quod poſſit deus facere,
vt ex lapidibus his, filij ſurgant ipſi abrahæ. Iam vero & ſecuris
ad radicē arborū poſita eſt. Omnis igit̄ arbor quæ non facit fru-
ctum bonū, excidit̄, & in ignē mittit̄. Ego quidem baptizo vos
aqua ad pœnitentiā. At ille qui poſt me venturus eſt, fortior me
eſt, cuius non ſum idoneus vt calciamenta portē. Ipſe vos bapti-
zabit ſpiritu ſancto & igni, cuius ventilabrum in manu ipſius, &
repurgabit areā ſuā, & cōgregabit triticū ſuū in horreū, paleā aūt
exuret igni inextiguibili. Tūc accedit Ieſus a Galilęa ad Iordanē
ad Ioannē, vt baptizaret̄ ab illo. At Ioānes ꝓhibebat illū dicens,
Mihi opus eſt, vt abs te baptizer, & tu venis ad me? Reſpondens
autem Ieſus dixit ad illū, omitte nunc. Sic enim decet nos, vt cō-
pleamus omnem iuſticiam. Tunc omittit illū. Et baptizatus Ie-
ſus, aſcendit protinus ab aqua, & ecce apperti ſunt illi cœli, & vi-
dit ſpiritū dei deſcendentē tanquā columbā, & venientem ſuper
ipſum. Et ecce vox de cœlis dicens, Hic eſt filius meus dilectus,
in quo mihi bene complacitum eſt.

## ¶CAPVT. IIII.

Vnc Ieſus ſubductus fuit in diſertū a ſpiritu, vt ten-
taret̄ a diabolo. Et cū ieiunaſſet dies quadraginta, ac
noctes quadraginta, tandē eſurijt Et cū acceſſiſſet ad
eū ille qui tentat, dixit, Si filius es dei, iube vt lapides hi panes fi-

ant/ At ille reſpondens, dixit, Scriptũ eſt. Non ſolo pane victurus
eſt homo, ſed om̃i verbo quod egreditur per os dei. Tunc aſſumit
illũ diabolus in ſanctã ciuitatẽ, & ſtatuit eũ ſuper pinnaculũ tem/
pli, dicitq; illi. Si filiꝰ es dei, pręcipita te deorſum. Nã ſcriptũ eſt,
Angelis ſuis mandaturus eſt de te, ac manibus tollent te, ne quã/
do impingas in lapidẽ pedẽ tuũ. Dixit illi Ieſus, rurſum ſcriptũ
eſt, Nõ tentabis dominũ deũ tuũ. Rurſum aſſumit illũ diabolus
in montẽ excelſum valde, & cõmonſtrat ei omnia regna mundi,
& gloriã illorum, & dicit illi. Hęc omnia tibi dabo, ſi proſtratus
adoraueris me. Tunc dicit illi Ieſus. Abi ſatana. Scriptũ eſt em̃,
Dominũ deũ tuũ adorabis, & illũ ſolũ coles. Tunc omittit illum
diabolus. Et ecce angeli accedebant, ac miniſtrabant ei. Cum au
diſſet autem Ieſus, quod Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Gali/
læam, & relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum,
quæ eſt ciuitas maritima, in finibꝰ Zabulon & Neptalim, vt im/
pleretur quod dictum fuerat per Eſaiam prophetam dicentem,
Terra Zabulon & Neptalim iuxta viam maris, vltra Iordanem,
Galilæa gentiũ, populos qui ſedebat in tenebris & vmbra mor/
tis, vidit lucem magnã, & qui ſedebãt in regione & vmbra mor/
tis, lux orta eſt eis. Ex eo tempore cœpit Ieſus prædicare, & di/
cere, Reſipiſcite, inſtat em̃ regnũ cœlorum. Ambulans aũt Ieſus
iuxta mare Galilęæ vidit duos fratres, Simonem qui vocabatur
Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare (Nam
erãt piſcatores) & dicit illis, Sequamini me, & faciam vos piſca/
tores hominũ. At illi relictis illico retibꝰ, ſecuti ſunt illũ. Et pro/

greſſus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobū filium Zebedæi, & Ioannē fratrē eius in naui, cū Zebedæo patre ſuo, ſarcientes retia ſua, & vocauit eos. At illi protinus relicta naui & patre ſuo, ſecuti ſunt eū, Et circumibat totā Galilæam Ieſus, docens in ſynagogis illorū ac prædicans euangeliū regni, & curans omnē morbū, & omnē languorē in populo. Et dimanauit fama illius in totam Syriam. Et adduxerunt ad illū omnes male affectos, varijs morbis ac torminibus contractos, & demoniacos, & lunaticos, & paralyticos, ſanauitq; illos. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, a Galilæa ac Decapuli, & Hieroſolymis, & Iudæa, & a regionibus trans Iordanem ſitis.

## ¶ CAPVT. V.

Vm audiſſet autē turbas, aſcendit in montē, & cū conſediſſet, acceſſerunt ad illū diſcipuli eius, & poſtquam apperuiſſet os ſuū, docebat illos, dicens, Beati pauperes ſpiritu, quoniā illorū eſt regnū cœlorū. Beati qui lugēt, quoniā ipſi conſolationē accipient. Beati mites, quoniā ipſi hereditatē accipient terræ. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiā, quoniā ipſi ſaturabunt. Beati miſericordes, quoniā ipſi miſericordiā conſequentur. Beati mundo corde, qm̄ ipſi deū videbūt. Beati pacifici, quoniā ij filij dei vocabuntur. Beati qui perſecutionē patiuntur propter iuſtitiā, quoniā illorū eſt regnum cœlorū, Beati eſtis, cū probra iecerint in vos homines, & inſectati fuerint, & dixerint omne malū verbum aduerſus vos mentientes, propter me. Gaudete & exultate, quoniā merces veſtra multa eſt in cœlis: Sic em̄

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

perſecuti fuerunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos eſtis ſal
terræ. Quod ſi ſal infatuat⁹ fuerit, quo ſalieť? Ad nihil valet vl-
tra, niſi vt proĳciatť foras, & conculcetur ab hominib⁹. Vos eſtis
lux mundi. Non poteſt ꝑpidũ abſcondi ſupra montẽ ſitum, ne-
que accẽdũt lucernã, & ponunt illã ſubter modiũ, ſed ſuper can-
delabrum, & lucet omnibus, qui ſunt in domo. Sic luceat lux ve-
ſtra corã hominibus, vt videant veſtra bona opera, glorificentq́
patrẽ veſtrũ, qui eſt in cœlis. Ne exiſtimetis, quod venerim ad de-
ſtruendã legẽ aut prophetas, imo non veni vt deſtruã, ſed vt com
pleam. Amen quippe dico vobis, donec prætereat cœlũ & ter-
ra, iota vnũ, aut apex non præterierit ex lege, quoad omnia facta
fuerint. Quiſquis igiť ſoluerit vnum ex mãdatis hiſce minimis,
& docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum
Quiſq̃s aũt fecerit & docuerit, hic magnus vocabiť in regno cœ-
lorũ. Dico eni vobis, Niſi abundauerit veſtra iuſticia, plus q̃ ſcri-
barũ & phariſeorũ, non poſſitis ingredi in regnũ cœlorũ. Audi-
ſtis quod dictũ ſit veteribus. Non occides. Quiſquis aũt occide-
rit, obnoxius erit iudicio. At ego dico vobis, quod quiſquis iraſ-
citur fratri ſuo temere, obnoxius erit iudicio. Quiſcunq́ vero
dixerit fratri ſuo rhaca, obnoxius erit concilio, Quiſquis autem
dixerit fatuæ, obnoxius erit gehennæ incendio, Itaq́ ſi obtuleris
munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, quod frater tuus
habet aliquid aduerſum te, relinque illic manus tuum coram
altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tunc veniens affer
munus tuum. Habeto beneuolentiã cũ aduerſario tuo cito, dum

es in via cũ illo, ne quando te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro, & in carcerẽ coniiciaris. Amen dico tibi, non exibis illinc, donec perſolueris extremũ quadrantem. Audiſtis quod dictum fuerit antiquis, non committes adulterium. At ego dico vobis, quod quicunq; aſpexerit vxorẽ alterius, ad cõcupiſcendũ eã, iam adulteriũ cũ ea cõmiſit in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter obſtaculo tibi fuerit, erue illũ, & abiice abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnũ membrorũ tuorũ, ac non totũ corpus tuũ coniiciat̃ in gehẽnam. Et ſi dextera tua manus obſtiterit tibi, amputa eã, & proiice abs te. Expedit eni tibi, vt pareat vnũ mẽbrorũ tuorũ, ac nõ totum corpus tuũ coniiciat̃ in gehennam. Dictũ eſt aũt. Quicunq; repudeauerit vxorẽ ſuã, det illi libellum diuortii. At ego dico vobis, quod quiſquis repudiauerit vxorem ſuã, niſi cauſa ſtupri, efficit vt illa ſit adultera, & quicunq; repudiatã duxerit, adulteriũ cõmittit. Rurſum audiſtis, quod dictũ fuerit antiquis, non peierabis, ſed perſolues dño ea quæ iuraueris. At ego dico vobis, ne iuretis omnino, neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neq; per terrã, quia ſubſelliũ eſt pedum illius, neq; per Hieroſolyma, quoniã ciuitas eſt magniregis, neq; per caput tuum iurabis, propterea quod nõ potes vnum pilum albũ, aut nigrum facere. Sed erit ſermo veſter eſt eſt, non nõ: Porro qđ vltra hæc adiungit̃, ex malo ꝓficiſcitur, Audiſtis qđ dictũ fuerit, oculũ ꝓ oculo, & dentẽ ꝓ dente. At ego dico vobis, ne reſiſtatis malo, ſed quiſquis impegerit alapã in dexterã tuam maxillã, obuerte illi & alterã, & ei qui te velit in ius trahere, ac tunicã tuã tolle-

te, permitte illi & palliū, & qui te adegerit ad miliariū vnū, abito cū illo duo. Petenti abs te dato, & cupientem mutuū accipere, ne auerſeris. Audiſtis quod dictū ſit. Diliges proximū tuū, & odio habebis inimicū tuū. At ego dico vobis. Diligite inimicos veſtros, bene precemini deuouentibus vos, benefacite ijs, qui vos odio proſequuntur, orate pro ijs, qui lædunt & inſectantur vos, vt ſitis filij patris veſtri, qui eſt i cœlis, quia ſolē ſuū exoriri ſinit, ſuper malos ac bonos, & pluuiam mittit ſuper iuſtos & iniuſtos Nam ſi dilexeritis eos, qui diligunt vos quod præmiū habetis? Nonne & publicani idem faciunt? Et ſi cōplexi fueritis fratres veſtros tantum, quid eximiū facitis? Nonne & publicani ſic faciunt? Eritis igitur vos perfecti, quemadmodū pater veſter qui eſt in cœlis, perfectus eſt.

## ¶CAPVT. VI.

Ttendite ne eleemoſinā veſtrā præſtetis corā hominibus, quo ſpectemini ab illis. Alioqui pręmiū nō habetis apud patrē veſtrū, qui eſt in cœlis. Itaq; cū præ-
a
ſtas eleemoſynā, ne tubis canatur ante te, quemadmodū hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in vicis, vt glorificentur ab hominib9. Amē dico vobis habent mercedē ſuā. Cęterū tu cū præſtabis eleemoſynā, neſciat ſiniſtra tua, quod facit dextera tua, vt ſit tua eleemoſyna in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, ipſe reddet tibi in propatulo. Et cū oraueris, non eris quemadmodū hypocritæ. Nā illi ſolent in cōciliabulis & in angulis plateatū, ſtantes orare, quo conſpicui ſint hominibus. Amen dico

vobis, quod habent mercedem ſuā. Tu vero cū oras, introito in
conclaue tuū, & occluſo oſtio tuo, ora patrē tuū qui eſt in occul-
to, & pater tuus qui videt in occulto, perſoluet tibi in propatu-
lo. Verū orantes, ne ſitis multiloqui, ſicut ethnici. Putant em̄ fo-
re, vt ob multiloquiū ſuū exaudiantur. Ne igit̄ efficiamini ſimi-
les iſtorū. Nouit enim pater veſter quibis rebus opus ſit vobis,
priuſquā petatis ab illo. Ad hunc ergo modū orate vos, Pater no
ſter, qui es in cœlis, ſanctificet̄ nomen tuū. Veniat regnū tuū, fiat
voluntas tua, quemadmodū in cœlo, ſic etiā in terra. Panem no-
ſtrū quotidianū da nobis hodie, & remittito nobis debita noſtra,
ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris. Et ne inducas nos in
tentationē. Sed libera nos a malo, quia tuū eſt regnū, & potētia,
& gloria, in ſecula ſeculorū. Amen. Proinde, ſi remiſeritis hoībus
errata ſua, remittet & vobis pater veſter cœleſtis, Qđ ſi nō remiſe
ritis hominibus errata ſua, nec pater remittet errata veſtra, Por-
ro cū ieiunaueritis, ne ſitis veluti hypocritæ tetrici. Obſcurāt em̄
facies ſuas, quo pſpicuū ſit hominibꝰ ipſos ieiunare. Amen dico
vobis, habent mercedē ſuā. Tu vero cū ieiunas, vnge caput tuū,
& faciē tuā laua, ne conſpicuū ſit hominibꝰ te ieiunare, ſed patri
tuo, qui eſt in occulto, & pater tuus qui videt in abdito, reddet ti-
bi in propatulo. Ne reponatis vobis theſauros in terra, vbi eru-
go & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt ac furant̄. Sed re-
condite vobis theſauros in cœlo, vbi neq; erugo, neq; tinea cor-
rumpit, & vbi fures non perfodiunt, neq; furant̄. Nam vbi fue-
rit theſaurus veſter, illic erit & cor veſtrum. Lucerna corporis eſt

oculus. Si igitur oculus tuus ſimplex fuerit, totū corpus tuū luci
dū erit. Quod ſi oculus tuus malus fuerit, totū corpus tuū tene-
broſum erit. Ergo ſi lumen quod eſt in vobis tenebræ ſunt, ipſæ
tenebræ quantæ? Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Aut enim
hunc habebit odio, & alterū illū diliget, aut huic adherebit, & al-
terū illū negliget. Non poteſtis deo ſeruire & māmonæ, Prop-
terea dico vobis, ne ſitis ſolliciti vitæ veſtræ, quid eſuri ſitis, aut
bibituri, neq; corpori veſtro, quib⁹ indumentis vſuri Nonne ani-
ma pluris eſt, ꝙ cibus, & corpus pluris ꝙ indumentum? Vertite
oculus ad volatilia cœli, quia non ſerunt neq; metunt, neq; con-
uehunt in horrea, & pater veſter cœleſtis alit illa. Nonne vos lon-
ge precellitis illa? Quis aūt ex vobis ſolliciti cogitando, poteſt
addere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū? ac de indumento quid ſolliciti
eſtis? Cognoſcite lilia agri, quomodo creſcant. Non lobarant,
neq; nent. At tamen (dico vobis) ne Solomonē quidem id vni-
uerſa gloria ſua, ſic amictū fuiſſe, vt vnum ex his. Quod ſi gramē
agri, qđ hodie cū ſit, cras in clibanū mittit, deus ſic veſtit, an nō
multo magis vobis id faciet, o parum fidentes? Ne ſitis igitur
ſolliciti dicentes, Quid edemus aut quid bibem⁹, aut quib⁹ ope-
riemur? Nam omnia iſta gentes exquirunt. Nouit em̄ pater ve-
ſter cœleſtis quod opus habeatis his oībus. Quin potius quæri-
te primū regnū dei, & iuſticiā eius, & hęc oīa adijcient vobis. Ne
ſitis igitur ſolliciti in craſtinū, nam craſtinus dies curam habebit
ſui ipſius, Sufficit ſua diei afflictio.

¶CAPVT. VII.

N Olite condemnare, ne condemnemini. Quo em̃ iudi-
cio iudicatis, eo iudicabitur de vobis, & qua menſura
metimini, ea metiẽtur vobis alĳ. Cur aũt vides feſtu-
cam quæ eſt in oculo fratris tui, trabẽ autẽ quæ eſt in oculo tuo,
non animaduertis? Aut non dicis fratri tuo, ſine eximã feſtucam
ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo? Hypocrita, eĳce prius
trabẽ ex oculo tuo, & tum perſpicies, vt eximas feſtucam ex ocu-
lo fratris tui. Ne detis quod ſanctum eſt canibus, ne proieceritis
margaritas veſtras ante porcus, ne quando hi conculcent eas pe-
dibus ſuis, & illi verſi in vos lacerent vos. Petite & dabitur vobis
quærite & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis. Quiſquis em̃
petit, accipit, & quicunq; quærit inuenit, & pulſanti aperiet̃. An
quiſquã eſt veſtrũ homo, qui ſi filius eius petierit panẽ, lapidem
daturus ſit illi? Aut ſi piſcẽ petierit, nũ ſerpentẽ addet illi? Si vos
igit̃ cũ ſitis mali, noſtis dona bona dare filĳs veſtris, quanto ma-
gis pater veſter, qui eſt in cœlis dabit bona, ſi poſtuletis ab ipſo?
Omnia igit̃ quæcunq; volueritis, vt faciãt vobis hoĩes, ſic & vos
facite illis, Hæc em̃ eſt lex & prophetæ. Introite per arctam por-
tã, quoniã lata eſt porta, & ſpacioſa via, quæ abducit in exitium
multiq; ſunt, qui ingrediunt̃ per illã. Quoniã anguſta eſt porta,
& ſtricta via quæ abducit ad vitã, & pauci ſunt, qui inueniunt il-
lam. Cauete vero vobis a pſeudo prophetis, qui veniunt ad vos,
in veſtitu ouiũ, ſed intrinſecus ſunt lupi rapaces. A fructibus ip-
ſorũ agnoſcetis eos. Num qui colligũt de ſpinis vuã? aut de tri-
bulis ficus? Sic oĩs arbor bona, fructus bonos facit. Putris autẽ

arbor,fructus malos facit.Non poteſt arbor bona,fructus malos
facere,neq; arbor putris,fructus bonos facere.Omĩs arbor,quæ
non facit fructũ bonũ,excidit̃,& in ignẽ conijcitur.Igitur ex fru-
ctibus ipſorũ agnoſcetis eos. Non quiſquis dicit mihi dñe,dñe,
introibit inregnũ cœlorũ,ſed qui fecerit voluntatẽ patris mei,qui
in cœlis eſt.Multi dicent mihi in illo die, Domine, domĩe, nõne
ꝑ nomẽ tuũ ꝓphetauim⁹, & ꝑ nomẽ tuũ dęmonia eiecimus?& ꝑ
nomẽ tuũ multas virtutes præſtitimus? Ac tum confitebor illis,
nunquã noui vos.Diſcedite a me,qui operamini inquitatẽ.Om-
nis em̃ qui audit ex me ſermones hos,& facit eos,adſimilabo illũ
viro prudenti,qui ædificauit domũ ſuã ſuper petrã, & deſcendit
hymber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
domũ illam,& non eſt poſtrata.Fundata em̃ fuerat ſuper petram,
Et oĩs qui audit a me ſermones hos,& nõ facit eos,adſimilabitur
viro fatuo, qui ædificauit domũ ſuã ſuper arenam, & deſcendit
hymber,& venerunt flumina, & flauerunt venti, & impegerunt
in domũ illã, & deiecta eſt, & fuit ruina illius magna, Et factũ eſt,
vt,cũ finiſſet Ieſus ſermões hos, obſtupuerũt turbæ ſuꝑ doctrina
illius.Docebat em̃ eos velut habẽs autoritate,& non ſicuti ſcribę

## ¶CAPVT. VIII.

Vm deſcendiſſet autẽ de monte,ſecutæ ſunt eũ turbæ
e multæ,& ecce leproſus accedens,adorauit eũ dicens,
Dñe,ſi velis,potes me mundare,protẽſaq; manu teti-
git illũ,dicens.Volo,mundus eſto,ac protinus mundata fuit illi-
us lepra.Et dicit illi Ieſus.Vide,ne cui dixeris,ſed abi oſtende te-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipſum ſacerdoti, & offer munus, quod iuſſit offerri Moſes in te-
ſtimoniū ipſis. Porro cū ingreſſus fuiſſet Ieſus Capernaū adijt eū
centurio, obſecrans eū & dicens. Domine, famulus meꝰ decum
bit domi paralyticus, ac grauiter diſcruciatur. Et dicit illi Ieſus,
Ego cū venero medebor illi. Et reſpondens centurio dixit, Dñe,
non ſum idoneus, vt tectum meū ſubeas, imo tantū dic verbū, &
ſanabit̃ famulus meus. Nam & ego ſum homo alterius poteſta-
ti ſubditus, & habeo ſub me milites, & dico huic, vade, & vadit.
& alteri, veni, & venit. & ſeruo meo, fac hoc, & facit, Hæc autem
cū audiſſet Ieſus, admiratus eſt, & ait ſequentibus ſe, Amen dico
vobis, ne in Iſrael quidem tantū fidei reperi, dico autem vobis,
quod multi ab oriente & occidente venturi ſunt, & accumbent
cū Abraham & Iſaac, & Iacob, in regno cœlorū, filij vero regni
eijcient̃ in tenebras extermas, illic erit ploratus & ſtridor dētium
Et dixit Ieſus centurioni, Abi, & quēadmodū credis, ita fiat tibi,
& ſanatus eſt famulus eius in hora illa. Et cū veniſſet Ieſus in do-
mū Petri, vidit ſocrū illius in lecto decūbentem, & febricitantē,
tetigitq; manū illius, & reliquit illā febris, & ſurrexit, ac miniſtra
uit illis. Cū aūt appetiſſet veſpera, adduxerunt illi dæmoniacos
multos, & eiecit ſpiritus verbo, omneſq; male habentes ſanauit,
turbas vt impleret̃ qđ dictū erat, ꝑ Eſaiā ꝓphetā cū ait, hic infir-
mitates nr̃s ſuſcepit, & morbos portauit. Cū vidiſſet aūt Ieſus
multas, circū ſeſe, iuſſit, vt abirent in vlteriorē ripam, & cū audiſ-
ſet, vnus ſcriba dixit ei, Preceptor, ſequar te quocūq; abieris. Et
dicit illi Ieſus, vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos at fi-

lius hominis nõ habet, vbi caput reclinet. Alius de numero diſci
pulorũ ſuorũ dixit ei, dñe permitte mihi prius, vt abeã, & ſepeli-
am patrẽ meũ. At Ieſus dixit illi. Sequere me, & ſine vt mortui
ſepeliãt mortuos ſuos, & cũ eſſet ingreſſus nauim, ſecuti ſunt eũ
diſcipuli ſui, & ecce motus magnus factus eſt in mari, adeo vt na-
uis operiret a fluctibus, ipſe vero dormiebat. Et accedentes diſci
puli, excitauerunt illũ dicentes. Domine, ſerua nos, perimus. Et
dicit illis, Quid timidi eſtis exigua prœditi fiducia. Tunc excita-
tus, increpauit ventos & mare, & facta eſt tranquillitas magna,
hoĩes vero admirabañt dicentes. Qualis eſt hic, quia venti quoq;
& mare obediunt illi? Et cum veniſſet ad vlteriorẽ ripã, in regio-
nem Gerſenorum occurrerunt ei duo dæmoniaci, e monumen-
tis egreſſi, erant autẽ ſæui ſupra modũ, adeo vt nemo poſſet tran-
ſire per viam illam. Et ecce vociferabañt dicentes, Quid rei no-
bis tecũ eſt Ieſu fili dei? veniſti huc ad cruciandum nos ante tem-
pus? Erat aũt procul ab illis grex porcorũ multorũ paſcens. Dę-
mones vero rogabãt eũ dicentes, Si eijcis nos, permitte nobis, ut
demigramus in gregẽ porcorũ. Et ait illis, Abite. Illi vero egreſſi
abierunt in gregem porcorũ. Et ecce ferebañ totus grex porcoꝝ
per præceps in mare, & perierunt in aquis. Porro qui paſcebãt
aufugerunt, & digreſſi in ciuitatem, renunciauerunt oĩa, &
quid accidiſſet dæmoniacis. Et ecce tota ciuitas exiuit, in occur-
ſum Ieſu Et cũ uidiſſent illũ rogabant, vt decederet a finib⁹ ſuis.

¶CAPVT. IX.

E T ingreſſus nauẽ, traiecit ac venit in ſuã ciuitatẽ. Et

ecce adduxerunt illi paralyticũ in lecto decumbentẽ. Cunq; vi-
diſſet Ieſus, fidẽ illorũ, dixit paralytico, bono animo eſto fili, re-
mittunt tibi peccata tua. Et ecce quidã e ſcribis dicebãt intra ſeſe
Hic blaſphemat. Et cũ vidiſſet Ieſus cogitationes illorũ, dixit,
ad quid vos cogitatis mala in cordibus veſtris? Vtrum em̃ eũ fa-
cilius dicere, remittunt tibi peccata, an dicere, ſurge & ambula?
Vt autẽ ſciatis, qđ poteſtatẽ habeat filius hominis in terra remit
tendi peccata, tunc dicit paraclytico. Surge, tolle tuũ ſtratum, &
abi in domũ tuã, & ille ſurrexit, abijtq; domũ ſuam. Turbæ vero
quæ viderant, admiratæ ſunt & glorificauerũt deũ, qui dediſſet
poteſtatẽ talem hominibus. Et præteriens Ieſus illinc, vidit ho-
minẽ deſidentẽ ad teloniũ Matthæũ nomine, dicitq; ei. Sequere
me, At is ſurgens ſecutus eſt eũ. Et factnm eſt, vt Ieſus accumbe-
ret in illius ædibus. Et ecce multi publicani & peccatores, qui ve
nerant, ſimul accubuerunt cũ Ieſu, & diſcipulis illius. Cunq; id
vidiſſent phariſæi, dixerunt diſcipulis eius, cur cum publicanis
& peccatorib9 ſumit cibũ præceptor veſter? At Ieſus vbi audiuit
dixit illis. Non opus habent, ij q validi ſunt medico, ſed qui ma-
le habent. Quin potius ite & diſcite, quid ſit illud miſericordiam
volo, & nõ ſacrificiũ. Nõ em̃ veni ad vocandum iuſtos, ſed pecca
tores ad pœnitentiam. Tunc adeunt eum dicipuli Ioannis dicen
tes, Quã ob cauſam, nos & phariſæi ieiunamus plerumq;, diſci-
puli vero tui non ieiunant? Et dixit illis Ieſus, Num poſſint filij
ſponſi lugere, quamdiu cũ illis eſt ſponſus? Venient autẽ dies cũ
tolletur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt. Nullus immittit aſſu-

mentũ panni rudis in veſte veteri. Aufert em̃ ſupplementũ illius
a veſtimento, & peior ruptura fit. Neq̧ mittunt vinũ nouum, in
vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinũ effundit̃, & vtres
pereunt. Sed mittunt vinũ nouũ in vtres nouos, & vtraq̧ ſimul
ſeruant̃. Hęc cũ illis loqueret̃, ecce primas quidã venit, & adora/
uit eũ dicens, Filia mea modo defuncta eſt, ſed veni, & impone
manũ tuã ſuper illã, ac viuet. Et ſurgens Ieſus ſecutus eſt eũ, ac
diſcipuli illius. Et ecce mulier q̃ ſanguinis profluuio laborauerat
duodecim annos, accedens a tergo, tetigit fimbriã veſtimenti illi
us. Dixerat enim intra ſeſe. Si tantũ tetigero veſtimentum illius,
ero ſalua. At Ieſus conuerſus, vt vidit illã, dixit. Confide filia, fi/
des tua ſaluã te fecit. Et ſalua facta fuit mulier a tp̃e illo. Et cũ ve/
niſſet Ieſus in ædes primatis, vidiſſetq̧ tibicines, & turbã tumul/
tuantẽ, dicit illis, Secedite, nõ enim mortua eſt adoleſcentula, ſed
dormit, Et deridebant illũ. Cũ autem fuiſſet eiecta turba, intro/
greſſus tenuit manũ illius, & ſurrexit adoleſcentula. Et emanauit
rumor hic in totã terrã illam. Et cũ diſcederet illinc Ieſus, ſecuti
ſunt illũ duo cęci, clamãtes, ac dicẽtes, Miſerere noſtri fili Dauid.
At cũ veniſſet in ædes, adierunt illũ duo cæci, & dicit illis Ieſus,
Creditis me hoc poſſe facere? Dicunt illi, Credimus dñe. Tunc
tetigit oculos illorũ dicens, Iuxta fidẽ veſtrã fiat vobis, & aper/
ti ſunt illorũ oculi. Et interminatus eſt illis Ieſus, dicens, Videte
ne quis ſciat. At illi cũ abijſſent, diuulgarunt famam illius in tota
terra illa. Illis aũt egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem
mutũ dæmoniacũ, & eiecto dæmonio, locutus eſt mutus. Et ad/

miratæ ſunt turbæ, dicentes. Nunquã apparuit ſic in Iſrahel. At
phariſæi dicebant. Per principẽ dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et
circũibat Ieſus ciuitates omneis ac vicos, docens in ſynagogis il-
lorũ, & prædicans euangeliũ regni, & ſanãs omnem morbum &
omnẽ languorẽ in populo. Cũ vidiſſet aũt turbas, affectu miſeri-
cordiæ tactus eſt erga illas, quod eſſent deſtituti, ac diſperſi velut
oues, non habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis, Ipſa
quidẽ meſſis copioſa, cæterũ operarij pauci. Rogate igiť dominũ
meſſis, vt extrudat operarios in meſſem ſuã. CA. X.

T acceſſitis duodeci diſcipulis ſuis, dedit eis poteſta-
e tem aduerſus ſpiritus immundos, vt eijcerent eos, &
ſanarent quemuis morbũ, & quẽuis languorẽ. Por-
to duodecim apoſtoloꝝ noĩa ſunt hæc. Primus Simon qui vocať
Petrꝰ. Et Andreas frater eiꝰ. Iocobꝰ filiꝰ Zebedæi. Et Ioannes frẽ
eiꝰ. Philippus. & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus, q fue-
rat publicanꝰ. Iacobꝰ filiꝰ Alphęi. Et Lebbęꝰ, cognomẽto Thad-
dæus. Simõ Cananeꝰ, & Iudas Iſcariotes, q & ꝑdidit illũ. Hos
nũero duodecim, emiſit Ieſus, qbꝰ præceperat dicẽs, In viã gẽtiũ
ne abieritis, & in ciuitatẽ Samaritanoꝝ ne ingrediami, ſed ite po-
tius ad oues ꝑditas domꝰ iſrael. Profecti aũt prędicate dicẽtes. Ap
propinquauit regnũ cælorũ. Infirmos ſanate, leproſos mũdate,
mortuos ſuſcitate, dæmonia eijcite, gratuito accepiſtis, gratuito
date. Ne poſſideatis aurũ, neq; argentũ, neq; æs in crumẽis vr̃is,
neq; peram ad iter, neq; duas tunicas, neq; calciamẽta, neq; virgã.
Nam dignus eſt operarius cibo ſuo. Sed in quancunq; ciuita-
C

tem, aut vicũ fueritis ingreſſi, exquirite quis in ea ſit dignus, atq;
illic manete donec exeatis. Cũ aũt intrabitis domũ, ſalutate illã,
& ſiquidẽ fuerit domus digna, veniat pax veſtra ſuper illã. Sin
minus fuerit digna, pax veſtra ad vos reuertat̃. Et quicunq; non
exceperit vos, neq; audierit ſermones veſtros, exeuntes ex ædi-
bus, aut ciuitate illa, excutite puluerẽ pedum veſtrorũ, Amen di-
co vobis, Tolerabilius erit terræ Sodomorũ, & Gomorrhorum
in die iudicij q̃ ciuitati illi. Ecce ego emitto vos, velut oues in me-
dio luporũ. Eſtote igit̃ prudentes, veluti ſerpentes, & ſimplices
ſicut columbæ. Cauete aũt ab illis hominibus, tradent em̃ vos in
cõcilia, & in cõciliabulis ſuis flagris cædent vos, quin & ad pri-
cipes ac reges ducemini, propter me, in teſtimoniũ ipſis ac genti-
bus. At cum tradiderint vos, ne ſitis ſolliciti, quomodo, aut quid
loquamini, dabit̃ enim vobis in illa hora quid loquamini. Non
enim vos eſtis illi loquentes, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquit̃
in vobis. Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ, & pr̃ filiũ, & inſurgẽt
filij aduerſus parentes, & morte afficient eos, & eritis odio habiti
ab om̃ibus, propter nomen meũ. Verũ qui ſuſtinuerit vſq; ad fi-
nẽ hic ſaluus fiet. Cũ aũt pſecuti vos fuerit in ciuitate hac, fugite
in aliã, Amẽ dico vobis. Nõ pambulaueritis oẽs ciuitates Iſraeli-
ticas, quin iã venerit fili⁹ hois. Nõ eſt diſcipul⁹ ſupra præcepto-
rẽ, neq; ſeru⁹ ſupra dñm ſuũ. Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut præcep-
tor ipſius, & vt ſeruus ſit ſicut domin⁹ ipſius. Si ipſum patrem
familias vocauerunt Beelzebub, quanto magis domeſticos illi-
us? Ne igit̃ metuatis eos, Nihil enim eſt tectum, quod nõ ſit re-

tegendũ, & nihil occultũ, quin futurũ ſit vt ſciatˇ. Quod dico vo-
bis in tenebris, dicite in luce. Et quod in aurẽ auditis, prædicate
in tectis. & ne metuatis vobis ab his qui occidunt corpus, animã
aũt nõ poſſunt occidere. Sed metuite magis illũ, qui poteſt & anĩ
mã, & corpus perdere in gehenna. Nonne duo paſſerculi minu-
to aſſe veneũt? & vn9 ex illis non cadet in terrã, ſine patre veſtro
Veſtri vero etiã pili capitis oẽs nũerati ſũt. Ne igitˇ metuatis vos
pluris eſtis, q̃ multi paſſerculi. Omnis igitˇ qui confitebitˇ me co-
ram hoĩbus, confitebor & ego illũ corã patre meo, qui eſt in cœ-
lis. Porro quiſquis negauerit me corã hoĩbus, negabo eũ & ego
corã patræ meo, qui eſt in cœlis. Ne arbitremini, quod venerim
ad mittẽdũ pacẽ in terrã. Nõ veni vt mitterẽ pacẽ, ſed gladiũ. Nã
veni vt diſſidere faciã hominẽ aduerſus patrẽ ſuũ, & filiã aduerſus
matrẽ ſuã, & ſponſam aduerſus ſocrũ ſuã, & inimici hoĩs erũt, ĳ
qui ſunt domeſtici ipſius. Qui amauerit patrem, aut matrẽ vltra
me, nõ eſt me dign9, & q amauerit filiũ aut filiã ſupra me, non eſt
me dign9. Et qui nõ accipit crucẽ ſuã ac ſequitˇ me, nõ eſt me dig-
nus. Qui inuenerit animã ſuã, perditurus eſt eã, & qui perdide-
rit animã ſuã mea cauſa, inueniet eã. Qui recipit vos, me recipit,
& qui me recipit, recipit eũ qui miſit me. Qui recipit prophetã
in nomine prophetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit
iuſtum in nomine iuſti, mercedẽ iuſti accipiet. Et quicunq; ad bi
bendum dederit vni ex pulſillis his poculũ aquę frigidæ tantũ
nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perditurus eſt merce-
dem ſuam.

## ¶CAPVT. XI.

E T factū eſt cum finē feciſſet Ieſus mandandi duode
cim diſcipulis ſuis, progreſſus eſt illinc, vt doceret &
prædicaret in ciuitatibus illorū. Ioannes autē cū au
diſſet in carcere facta Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis dixit
illi. Tu es ille, qui venturus eſt, an alterū expectamus? Et reſpon
dens Ieſus dixit illis. Ite & renunciate Ioanni ea quæ auditis &
videtis. Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mun
dantur, & ſurdi audiunt, mortui excitanẗ, & pauperes lætū acci
piunt euangelij nunciū. Et beatus eſt quiſquis nō fuerit offenſus
per me. Euntibus aūtē illis cœpit Ieſus dicere turbis de Ioanne.
Quid exiſtis in deſertū vt videretis? Nū arundinē quæ agitatur a
vento? Age, quid exiſtis vt videretis? Nū hominē mollibus ve
ſtibus amictū? Ecce qui mollia geſtant, in domibus regū ſunt.
At quid exiſtis videre? Nū prophetam? Certe dico vobis, & ex
cellentiorē ꝓpheta. Hic eſt em̄ de quo ſcriptū eſt, Ecce ego mitto
nunciū meū ante faciē tuā, q̄ præparaturus eſt viam tuā ante te.
Amen dico vobis, nō exortus fuit inte eos, qui naſcunẗ mulie
ribus maior Ioanne Baptiſta. Attamen is qui minor eſt in regno
cœlorū, maior illo eſt. Porro a diebus Ioannis Baptiſtæ, vſq; ad
hunc diē, regnū cœlorū vim patitur, & violenti rapiunt illud. Nā
omnes prophetę, & ipſa lex vſq; ad Ioannē prophetauerunt. Et
ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias ille, qui ventur9 erat. Qui habet
aures ad audiendū audiat. Sed cui aſſimulabo generationē hāc? Si
milis eſt pueris, qui ſedent in foris, & acclamant ſodalibus ſuis,

ac dicũt. Tibia cecinim⁹ vobis, & nõ ſaltaſtis, lugubria cecinim⁹ vobis, & nõ planxiſtis. Venit em̃ Ioannes, nec edens, nec bibens, & aiunt. Dæmoniũ habet. Venit filius hoĩs edens ac bibens, & dicũt, En hominẽ comedonẽ, & vini potorẽ, publicanis amicũ, ac peccatoribus, & iuſtificata eſt ſapientia a filijs ſuis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus æditæ fuerãt plurimæ virtutes ipſius, quod nõ pœnituiſſent. Væ tibi Chorazin. Væ tibi Bethſaidan, q̃niã ſi in vrbe Tyri, aut Sidonis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere, pœnituiſſent. Attamen dico vobis. Tyro & Sidoni, tolerabilius erit in die iudicij q̃ vobis, & tu Capernaũ, quæ es vſq; ad cœlum exaltata vſq; ad inferos detraheris, qm̃ ſi in Sodomis ęditæ fuiſſent virtutes, quę ęditę ſunt in te, mãſiſſent vſq; ad hodiernũ diẽ. Veruntamen dico vobis, quod Sodomis tolerabilius erit in die iudicij, q̃ tibi. In illo tp̃e reſpondens Ieſus dixit, Gratias ago tibi pater domine cœli & terræ quod abſconderis hæc a ſapientib⁹ & prudentibus, & reuelaris ea paruulis. Certe pater, ſic fuit bona voluntas apud te. Oĩa mihi tradita ſunt a patre meo, & nemo nouit filiũ, niſi pater, neq; patrẽ q̃ſquã nouit, niſi fili⁹, & cuicũq; voluerit filius reuelare. Venite ad me om̃es, q̃ laboratis, & onerati eſtis & ego refocillabo vos Tollite iugũ meũ ſup vos, & diſcite a me, q̃ḋ mitis ſim, & hũilis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris. Iugũ enim meum cõmodum eſt, & onus meum leue eſt.

## ¶CAPVT. XII.

IN illo tp̃e, ibat Ieſus ſabbatis per ſegetes. Diſcipuli

vero illius eſuriebant, & cœperunt vellere ſpicas, & comedere,
At pharisæi cũ vidiſſent, dixerũt illi, Ecce diſcipuli tui faciunt,
quod non licet facere in ſabbato. Ille vero dixit eis, Non legiſtis
quid fecerit Dauid, cũ eſuriret ipſe, & ij qui erant cũ illo? Quo-
modo ingreſſus ſit in domum dei, & panes propoſitionis ederit,
quos ipſi non licebat edere, neq; ijs qui cum illo erant, niſi ſacer-
dotibus ſolis. Aut non legiſtis in lege, quod ſabbatis ſacerdotes
in templo ſabbatũ prophanant, & crimine vacant? Dico aũt vo-
bis, quod tẽplo maior eſt hoc in loco. Quod ſi ſciretis, quid ſit,
miſericordiã volo, & non ſacrificiũ, nequaq̃ condemnaſſetis in-
ſontes. Nã dñs eſt & ſabbati, filus hois. At progreſſus illinc, ve-
nit in ſynagogã illorũ, & ecce homo erat, manũ habens aridam,
& interrogabant illũ, dicentes, Licet ne ſabbatis curare? vt accu-
ſarent eũ. At ille dixit eis, Quis erit ex vobis homo, qui habebit
ouem vnã, & ſi ea inciderit ſabbatis in foueã, nonne apprehendet
illã & eriget? Quanto igiť præſtantior eſt homo oue? Licet igi-
tur ſabbatis beneficio afficere. Tunc dicit hoi. Extende manum
tuã, & is extendit, ac reſtituta eſt ſanitati, ſicut altera. Porro pha-
riſæi egreſſi, cœperũt conſiliũ aduerſus eũ, quõ illũ perderent. At
Ieſus vbi nouiſſet, ſeceſſit illinc, ſecutæq; ſunt eũ turbæ multæ, &
ſanauit eos omẽs, & interminatus eſt illis, ne ſe facerẽt manifeſtũ,
vt cõpleretẽ quod dictũ erat per Eſaiam prophetã, qui ait. Ecce fi-
lius meus, quẽ elegi, dilectus meus, in quo ſibi bene cõplacuit ani-
ma mea. Ponã ſpiritũ meũ ſuper illũ, Et iudiciũ gentibus annun-
ciabit. Nõ contentet, neq; clamabit, neq; audiet quiſq̃ in plateis

vocē eius, arundinē cōminutā, non confringet, & linū fumigans
non extinguet, donec eijciat ad victoriā iudiciū, & in nomine illi
us gentes ſperabūt. Tunc adductus eſt ad eū qui dæmonio agita
batˀ cæcus ac mutus, & ſanauit illū, ita vt cæcus ac mutus, & lo-
quereˀ & cerneret. Et obſtupuerūt oēs turbe, dicebantq;. Num
hic eſt ille filius Dauid? At phariſæi cū audiſſent, dicebant. Hic
non eijcit dæmonia, niſi pręſidio Beelzebul principis dęmonio-
rū. Ieſus aūt cū ſciret cogitationes illorū, dixit illis. Omne regnū
diuiſum aduerſus ſeſe deſolaˀ, & oīs ciuitas, aut domus diuiſa ad
uerſus ſeipſam, nō ſtabit. Et ſi ſatanas ſatanā eijcit, aduerſus ſeip
ſum diuiſus eſt. Quomodo igiˀ ſtabit regnū illius? Et ſi ego pre-
ſidio Beelzebul eijcio dæmonia, filij veſtri cui⁹ pręſidio eijciunt?
Propterea ipſi iudicabunt de vobis. Qđ ſi ſpiritu dei ego eijcio
dæmonia, ergo peruenit ad vos regnum dei. Alioqui quomodo
poteſt aliquis intrare domū potentis & vaſa illius deripere, niſi
prius vinxerit potentē, & tunc domū illius diripiet? Qui non eſt
mecū, aduerſum me eſt, & qui nō cōgregat mecū, ſpargit. Prop-
terea dico vobis. Oē peccatū & conuiciū remittetur homini-
bus, at cōuiciū in ſpiritū, nō remitteˀ hoībus. Et quicunq; dixe-
rit verbū aduerſus filiū hoīs remitteˀ illi. Qui aūt dixerit aduer-
ſus ſpiritū ſanctū, non remitteˀ ei, neq; in præſenti ſeculo, neq; in
futuro. Aut facite arborē bonā, & fructū eius bonū, aut facite ar-
borē vicioſam, & fructū illius vicioſum. Nam e fructu arbor ag-
noſciˀ. Progenies viperarū, quomodo poteſtis bona loqui, cum
ſitis mali? Siquidē ex abundantia cordis os loquiˀ. Bonus ho-

mo e bono theſauro cordis, expromit bona, & malus homo ex
malo theſauro depromit mala. Sed dico vobis q̄d de quocunq;
verbo ocioſo, q̄d locuti fuerint hoīes. reddituri ſūt rationē in die
iudicij. Nā ex dictis tuis iuſtificaberis, & ex dictis tuis condem-
naberis. Tūc interrogauerūt eū quidā e ſcribis ac phariſæis dicē
tes, Præceptor, volumus ex te ſignū videre. At ille reſpondens
dixit illis, Generatio praua & adultera ſignū quærit, & ſignū non
dabit illi, niſi ſignū Ionæ prophetæ. Quēadmodū eīm fuit Ionas
in ventre ceti trib⁹ diebus, ac tribus noctib⁹, ſic erit filius hoīs in
corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. Viri Niniuitæ ſur-
gent in iudicio, cū generatiōe hac, & cōdemnabunt eā, q̄d ipſi re
ſipuerint ad prædicationē Ionæ. Et ecce pluſquā Ionas eſt hoc
loco. Regina Auſtri ſurget in iudicio cū generatione hac, & con-
demnabit eam, quod venerit a finibus terræ, ad audiendā ſapien-
tiā Solomonis. Et ecce pluſq̄ Solomon eſt in hoc loco. Cū autē
immundus ſpiritus exierit ab hoīe, perambulat per arentia loca
quærens requiē, & non inuenit. Tunc dicit, reuertar in domū me
am vnde exiui, & cū venerit, reperit eam vacantē, & ſcopis pur-
gatā, atq; ornatā. Tunc abit, & adiungit ſibi ſeptē alios ſpiritus
ſceleratiores ſe, & ingreſſus inhabitat illic, & fiunt poſtrema ho-
minis illius, Peiora primis, ſic erit & generationi huic peruerſæ.
Cū aūt adhuc loqueretur turbis, ecce mater & fratres eius ſtabāt
foris, querentes ei loqui. Dixit aūt illi quidā. Ecce mater tua, &
fratres tui foris ſtant, quærētes tibi loqui. At ille reſpondēs dixit
ei, qui ſibi renunciauerat. Quæ eſt mater mea, aut q̄ ſunt fratres

mei? Et protenta manu ſua in diſcipulos ſuos, dixit. Ecce mater mea, & fratres mei. Quiſquis em̄ fecerit volūtatē patris mei, qui eſt in celis, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.

## ¶CAPVT. XIII.

In die vero illo, egreſſus Ieſus e domo, ſedit iuxta mare & cōgregatæ ſunt ad illū turbæ multæ, adeo vt ipſe nauim ingreſſus ſederet, & vniuerſa turba in littore ſtabat. Ac dicebat illis multa per ſimilitudines, dicens, Ecce exijt qui ſeminabat ad ſeminandū, & cū ſeminaret, alia quidē ceciderunt iuxta viam, & venerunt volucres, ac deuorauerunt ea, Alia vero ceciderunt in loca ſaxoſa, vbi non habebant multū terræ, & protinus exorta ſunt, propterea quod nō haberēt profunditatē terræ, cū aūt exortus eſſet ſol, exuſta ſunt, & quia non habebant radicē, exaruerunt. Alia rurſus ceciderunt in ſpinas, & inſurrexerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea, Alia vero ceciderunt in terrā bonā, & dederunt fructū, aliud quidē centuplū, aliud vero ſexagecuplū aliud vero trigecuplū. Qui habet aures ad audiendum, audiat. Et adeuntes diſcipuli dixerunt illi, Quare per parabolas loqueris illis? At ille reſpondens dixit, Vobis datū eſt noſſe myſteria regni cœlorū, illis aūt nō eſt datū. Quiſquis em̄ habet dabitur illi, & reddet̄ abundantior. Quiſquis aūt non habet, etiā illud quod habet, tollet̄ ab eo. Propterea ꝑ parabolas loquor illis, ꝗa videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt, & cōplet̄ in illis ꝓphetia Eſaię, ꝗ dicit, Auribꝰ audietis, & nō intelligetis, & vidētes, videbitis, & nō cernetis, Incraſſatū eſt em̄ cur po-

puli huius,& auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos occluſe
runt, ne q̃n viderent oculis, & auribus audirent, & corde intelli/
gerent,& conuertant̃,& ſanem illos. Veſtri vero beati ſunt oculi,
q̃a vident,& aures veſtræ,quia audiunt. Amen dico vobis, quod
multi prophetæ & iuſti deſyderauerũt videre quæ videtis,& non
viderunt,& audire quæ auditis,& nõ audierunt. Vos igitur audi/
te parabolã ſeminantis. Cũ quiuis audit ſermonẽ regni,& nõ in/
telligit, venit ille malꝰ,& rapit id quod ſeminatũ eſt in corde illiꝰ,
hic eſt qui iuxta viã ſeminatꝰ fuit. At qui in petricoſa ſemẽ iactũ
exceperat,hic eſt,qui verbũ audit, ac protinus cũ gaudio accipit
illud • verũ nõ habet radicẽ in ſemetipſo, ſed ↄparius eſt. Porro cũ
inciderit afflictio aut perſecutio propter ſermonẽ, continuo of/
fendit. At qui in ſpinas ſemen exceperat,hic eſt,qui verbũ audit,
& cura ſeculi huius, deceptioꝗ diuitiarũ ſuffocat ſermonẽ, & in/
frugifer reddit̃. Cæterũ qui interrã bonã excepit ſemen,hic eſt,
qui ſermonẽ audit & intelligit, qui deniꝗ fructũ quoꝗ reddit ac
facit,alius quidẽ cẽtuplũ, alius vero ſaxagecuplũ, alius vero tri/
gecuplũ. Aliã parabolã propoſuit eis,dicens, Aſſimilatũ eſt reg
nũ cœlorũ homi ſeminãti bonũ ſemen in agro ſuo,ſed dormienti
bus hoĩbus venit illius inimicus,& ſeminauit zizania inter triti/
cũ,abijtꝗ. Cũ aũt germinaſſet herba,& fructũ feciſſet,tunc appa/
ruerunt & zazania. Accedentes aũt ſerui patriſſamilias,dixerunt
illi, Dñe, nonne bonũ ſemen ſeminabas in tuo agro? vnde igitur
habet zizania? Ille vero dixit illis, Inimicus homo hoc fecit. Ser/
ui aũt dixerunt illi, Vis igitur abeamus & colligamus ea? At ille

dixit. Non, ne dũ colligẽtes zizania, eradicetis ſimul cũ illis & triticũ, ſinite pariter creſcere vtraq; vſque ad meſſem, & in tpe meſſis dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & colligate in faſciculo ad comburendum ea, triticum vero congregate in horreũ meũ. Aliã parabolã propoſuit eis, dicens. Simile eſt regnum cœlorũ grano ſinapis, qđ acceptũ hõ ſeminauit in agro ſuo qđ minimũ eſt omniũ ſeminum. Cæterum vbi excreuerit maximũ eſt inter holera, & fit arbor, adeo vt veniant volucres cœli, & nidulenẽ in ramis illius. Aliã parabolã dixit illis, Simile eſt regnũ cœlorũ fermento, quod acceptũ mulier abſcondidit in farinæ ſatis tribus, donec fermentareẽ totũ, Hæc omnia locutus eſt Ieſus per parabolas ad turbas, & ſine parabola nihil locutus eſt illis, vt cõpleretẽ quod dictũ fuerat per prophetã qui ait, Aperiã in parabolis os meum, eructabo abſcondita a conſtitutione mũdi. Tunc dimiſſis turbis, venit in domũ Ieſus, & acceſſerunt ad illũ diſcipuli eius, dicentes, Diſſere nobis parabolã zizaniorũ agri. At ille reſpondens, dixit illis. Qui ſeminat bonũ ſemen, eſt filius hoĩs, ager aũt eſt mũdus. Porro bonũ ſemẽ, ĳ ſũt filĳ regni. zizania vero ſunt, filĳ illi⁹ mali, inimic⁹ aũt q ſeminat ea, ẽ diabol⁹, meſſis vero conſumatio ſæculi eſt, meſſores aũt angeli ſunt. Sicut igiẽ colligunẽ zizania, & igni cõburuntur, ſic erit in cõſumatione ſæculĩ huius, Mittet filius hoĩs angelos ſuos, & colligent e regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatẽ, ac mittent illos in caminũ ignis, ibi erit ploratus ſtridorq; dentiũ. Tunc iuſti fulgent vt ſol in regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum,

audiat. Rurſum, ſimile eſt regnũ cœlorum theſauro abſconſo in agro, quẽ repertũ homo abſcondidit, & prę gaudio quod habet ſuper eo abit, & oĩa quæcunq; habet vendit, ac mercat̃ agrũ illũ. Rurſum ſimile ẽ regnũ cœloꝝ hoĩ negociatori, querẽti pulchras margaritas, q cũ inuenerit vnã præcioſam margaritã, abiens vẽdidit oĩa q̃ poſſidebat, & mercatus eſt illã. Rurſum ſimile eſt regnũ cœlorũ verriculo iacto in mare, & ex om̃i genere contrahenti, quod cũ impletũ fuiſſet ſubduxerunt in littus, & ſedentes collegerunt quę bona ſunt in vaſa, quę vero mala foras abiecerũt. Sic futurũ eſt in cõſumatiõe ſæculi, venient angeli, & ſegregabũt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in caminũ ignis, illic erit ploratus & ſtridor dentiũ. Dicit illis Ieſus: Intellexiſtis hæc oĩa? Dicunt illi, Etiã dñe. At ille dixit illis: Propterea om̃is ſcriba doctus ad regnũ cœlorũ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui deprumit e theſauro ſuo noua & vetera. Et factum eſt, vt cũ finiſſet Ieſus ſermones hos, digrederet̃ illinc. Et cũ veniſſet in patriã ſuam, docuit in ſynagoga illorũ, ita vt ſtuperent ac dicerent, Vnde huic ſapientia hæc & virtutes? Nonne hic eſt ille fabri filius? Nonne mater eius vocatur Mariã, & fratres eius Iacobus & Ioſes & Simon & Iudas? & ſorores illius nonne oẽs apud nos ſunt? Vnde igit̃ huic hæc om̃ia? Et offendebant̃ ſuper eo. Ieſus aũt dixit illis: Non eſt propheta expers honoris niſi in patria ſua, & domo ſua. Et non ædidit illic virtutes multas propter incredulitatem illorum.

## ¶CAPVT. XIIII.

IN illo tp̃e audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu, &

dixit famulis ſuis, Hic eſt Ioannes baptiſta, is ſurrexit a mortuis
& ideo virtutes agunt in illo. Nam Herodes cœperat Ioannem
& vinxerat, ac poſuerat in carcere propter Herodiadem vxorem
Philippi fratris ſui. Dicebat em̃ illi Ioannes, Nõ licet tibi habere
eam. Et cũ vellet eum occidere, metuebat multitudinẽ propterea
quod illũ ceu prophetã habebant. Cũ autẽ celebrarẽt natalis He-
rodis, ſaltabat filia Herodiadis inter illos, & placuit Herodi. Vn-
de cum iureiurando pollicitus eſt, ſe daturum illi quicquid pete-
ret. At illa prius inſtructa a matre ſua, Da mihi, inquit, hic in pa-
tina caput Ioannis baptiſtæ. Et indoluit rex attamẽ propter iuſ-
iurandum, & eos qui ſimul accumbebant iuſſit dari, & miſſis
carnificibus, amputauit caput Ioannis in carcere, & allatum eſt
caput eius in patina, datumq; eſt puellæ, atq; illa obtulit ma-
tri ſuæ. Et acceſſerunt diſcipuli eius, & ſuſtulerunt corpus, ac ſe-
pelierunt illud, abieruntq; & renunciarunt Ieſu. Id cum audiſſet
Ieſus, ſeceſſit illinc in naui ad deſertum locum ſeorſum. Et cũ
audiſſent turbę, ſecutę ſunt illum itinere pedeſtri relictis vrbibꝰ.
Et egreſſus Ieſus vidit multam turbam, & tactus eſt affectu mi-
ſericordiæ erga illos, ſanauitq; ex illis qui male valebant. Porro
cũ appetiſſet veſpera, adierunt eũ diſcipuli ipſius, dicẽtes, Deſer-
tus eſt locus. & hora iã præterijt, Dimitte turbas, vt abeant in vi-
cos, & emant ſibi cibaria. At Ieſus dixit illis, Non eſt illlis
neceſſe vt abeant, date illis vos quod edant. At illi dicunt ei.
Non habemus hic niſi quinq; panes, & duos piſces. Ille vero
dixit, Afferte mihi illos huc. Et iuſſis turbis diſcumbere ſuper

gramina, ſumptiſq́ quinq́ panibus, ac duobus piſcibus, ſubla-
tis in cœlum oculis, benedixit, & cum fregiſſet, dedit, diſcipulis
panes, diſcipuli vero turbis. Et comederunt omnes, & ſaturati
ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim
cophinos plenos. Porro qui comederant fuere viri ferme quin-
quies mille præter mulieres ac pueros. Et ſtatim cōpulit Ieſus
diſcipulos ſuos, vt cōſcenderent nauim, & præcederēt ſe in ripā
vlteriorē, donec dimiſiſſet turbas. Ac dimiſſis turbis, aſcendit in
montē ſolus ad orandū. Cū aūt aduenirſſet veſpera, ſolus erat illic.
Cæterū nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab vndis,
nam ventus erat aduerſus. Quarta aūt noctis vigilia abijt ad illos
Ieſus, ambulans ſuper mare, & vbi vidiſſent eum diſcipuli ſuper
mare ambulantē, turbati ſunt, dicentes. Spectrū eſt, ac præ metu
exclamauerūt, ſed ſtatim locutus eſt illis Ieſus, dicens, Bono ani-
mo eſte, Ego ſum, ne terreamini, Reſpōdens aūt illi Petrus dixit
Dn̄e, ſi tu es, iubeto me ad te venire ſuper aquas. At ille dixit, ve-
ni, Et cū deſcendiſſet e naui Petr9, ambulabat ſuper aquas, vt iret
ad Ieſum. Cæterū cū videret ventū validū, territus ē, & cū cœpiſ-
ſet demergi, clamauit, dicens. Domine ſerua me. Continuo aūt
extenta manu, apprehendit eū, & dixit illi, Exigua fiducia præ-
dite, cur hæſitabas? Et cū eſſent ingreſſi nauim, conquieuit ven-
tus. Porro qui erant in naui, acceſſerunt & adorauerunt eū, dicē-
tes, Vere filius dei es. Et cū traieciſſent, venerūt in terrā Genne-
ſareth. Et cū agnouiſſent illū viri loci illius, emiſerunt nuncios in
totā vndiq́ finitimā regionē illam, & obtulerunt illi omnes male

habentees, & obſecrabant eum, vt tantum tangerent fimbriā veſti
menti ipſius, & quotquot tetigiſſent, ſaluifacti ſunt.

## ¶CAPVT. XV.

Vnc accedunt ad Ieſum, qui ab Hieroſolymis ve-
t nerant ſcribæ & phariſæi, dicētes, Quare diſcipu-
li tui tranſgrediunē traditionē ſeniorum? Non em̄
abluunt manus ſuas, cū edunt panē. At ille reſpondens, dixit eis,
Quare & vos tranſgredimini præceptū dei propter traditionē
veſtrā? Nā deus præcepit, dicens. Honora patrē & matrē, & qui
maledixerit pr̄i aut mr̄i, morte moriať. Vos aūt dicitis, Quicūꝗ
dixerit patri aut matri: quicquid doni a me ꝑfecturū erat, id in tu
um vertiť cōmodū: & non honorabit patrē ſuū, aut matrē ſuam:
& irritum feciſtis præceptum dei propter traditionem veſtram
Hyhocritæ, recte de vobis prædixit Eſaias, dicens, Appropin-
quat mihi populus hic ore ſuo, & labijs me honorat, cæterū cor
eorum procul abeſt a me, ſed fruſtra me colunt, docentes doctri-
nas, præcepta hominū. Et aduocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audi-
te & intelligite. Nō quod ingreditur in os, impurat hominē, ſed
quod egredif ex ore, hoc impurū reddit hominē. Tunc acceden-
tes diſcipuli, dixerunt illi. Noſti phariſæos, audito ſermone iſto
offenſos fuiſſe? At ille reſpondens, ait, Om̄is plantatio, quā non
plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Omittite illos, duces
ſunt cæci cæcorū. Porro, ſi cæcus cæco dux fuerit, ambo in foue-
am cadent. Reſpondens aūt Petrus, dixit ei, Diſſere nobis para-
bolam iſtam. Ieſus aūt dixit. Adhuc & vos intelligentia caretis?

Nondum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os, in aluum
abit, & in ſeceſſum eijcitur? At ea quæ proficiſcunt̃ ex ore, ex ip/
ſo corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem. Nam
ex corde exeunt cogitationes male, cædes, adulteria, ſtupra, fur/
ta, falſa teſtimonia, conuicia. Hæc ſunt quæ impurant hominẽ,
Cæterum illotis manibus capere cibũ, non inquinat hominem.
Et digreſſus illinc Ieſus, ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ec/
ce mulier Cananæa, quæ a finibus illis venerat, clamabat ad illũ,
dicens, Miſerere mei domine fili. Dauid Filia mea miſere a dæ/
monio agitatur. Ille vero non reſpondit ei verbum. Et acceden/
tes diſcipuli eius, rogabant illũ, dicentes. Amitte illã, nam clamat
poſt nos. At ille reſpondens, dixit. Non ſum miſſus, niſi ad oues
perditas domus Iſraeliticæ. Illa vero venit & adorauit eum dicẽs,
Domine ſuccurre mihi. At ille reſpondens dixit. Non eſt ho/
neſtum, ſumere panem filiorum, & obijcere catellis. Hæc autem
reſpondit. Certe domine. Etenim catelli edunt de micis, quæ ca/
dunt de menſa dominorũ ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus dixit
illi. O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi, ſicut vis. Et ſanata fuit
filia eius ex eo tempore Et progreſſus illinc Ieſus, venit iuxta ma
re Galilææ, & conſcenſo monte, ſedebat illic. Et acceſſerunt ad
eum turbæ multæ, ducentes ſecum claudos, cæcos, ſurdos, mu/
tilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Ieſu. & ſanauit
eos, adeo vt turbæ miratæ ſint, cum viderent mutos loqui, muti/
los eſſe ſanos, claudos ambulare, cœcos videre, & glorificabant
deum Iſrael. Ieſus autem vocatis ad ſe diſcipulis ſuis dixit, Miſe/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ret me turbæ, propterea quod iam triduum perſeuerant apud
me,& nō habent, quod edāt, & dimittere eos ieiunos nolo,ne de-
ficiant in via. Et dicunt ei diſcipuli eius, vnde nobis in ſolitudine
panes tam multi, vt ſaturemus turbam tantā? Et dicit illis Ieſus
Quot panes habetis? At illi dicunt. Septē & paucos piſciculos.
Et iuſſit turbas diſcūbere in terra. Et ſumpſit ſeptē panes, ac piſ-
ces, & poſtquā gratias egiſſet, fregit, deditq; diſcipulis ſuis. diſci-
puli vero dederūt turbæ, comederūtq; oēs & ſaturati ſunt, & ſu-
ſtulerunt, quod ſupererat fragmentorum ſeptem ſportulas ple-
nas. At ij qui comederant, erant quater mille viri, præter mulie-
res & pueros. Et dimiſſis turbis, conſcendit nauim, venitq; in
fines Magdala.

## ¶CAPVT. XVI.

Et aggreſſi phariſæi vna cū Sadducæis tentātes ro-
gabant eum, vt ſignum e cœlo oſtenderet ſibi. At ille
reſpondens dixit eis. Cum cœperit eſſe veſpera, di-
citis, ſerenitas erit, nam rubet cœlum, & mane, hodie tempeſtas,
rubet enim cœlum triſtæ. Hypocritæ, faciem cœli ſcitis dijudica-
re, ſigna vero temporum non poteſtis? Natio praua, & adultera,
ſignum requirit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ
prophetæ. Et relictis illis abijt. Et cum veniſſent diſcipuli eius,
in vlteriorem ripam, per obliuionem non ſumpſerant panes. Ie-
ſus autē dixit illis. Videte & cauete a fermēto phariſæorū, ac ſad-
ducæorum. At illi reputabāt intra ſeſe dicētes. Panes nō ſumpſim9

Quod vbi cognouit Ieſus, dixit illis, Quid cogitatis intra voſip-
ſos, o parum fidentes, quod panes nō ſumpſeritis? Nondū intelli
gitis, neqꝫ memoria tenetis, quinqꝫ illos panes, cum hoies eſſent
quinquies mille, & quod cophinos ſuſtuleritis? Neqꝫ ſeptē illos
panes, cū homines eſſent quater mille, & quot ſportas acceperi-
tis? Qui ſit, vt nō intelligatis, me non de pane dixiſſe vobis illud
vt caueretis a fermento phariſęorū & ſadducæorū? Tunc intel-
lexerunt, quod non iuſſiſſet cauere a fermento panis, ſed a doctri-
na phariſæorū, & ſadducæorū. Cum veniſſet aūt Ieſus in partes
Ceſareæ eius quę cognominat̃ Philippi, interrogauit diſcipulos
ſuos dicens, Quē me dicunt hoies eſſe filiū illū hois? Illi vero di-
cebāt. Aliȷ quidē Ioannē Baptiſtā, aliȷ vero Heliā, aliȷ vero Hie-
remiā, aut vnū de nūero prophetarū. Dicit illis, At vos, quē me
dicitis eſſe? Reſpōdens aūt Simon Petr⁹, dixit, Tu es Chriſtus il-
le filius dei viuentis. Et Reſpondens Ieſus dixit illi, beatus es Si-
mon Bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelabit tibi, ſed pater
meus qui eſt in cœlis. At ego viciſſim tibi dico, quod tu es Petr⁹
& ſuper hanc petrā ædificabo meā accleſiā, & portæ inferorum
nō valebūt aduerſus illā. Et dabo tibi claues regni cœlorū, & ꝗc-
ꝗd ſolueris in terra, erit ſolutū in cœlis, & ꝗcquid alligaueꝛ ĩ tra,
erit alligatū ĩ cœlis Tūc edixit diſciplĩs ſuis, ne cui dicerēt q̊d ipſe
eſſet Ieſus Chr̃us. Ex eo tp̃e, cœpit Ieſus indicare diſcipulꝫ ſuis,
quod oporteret ip̃m abire Hieroſolymā, ac ml̃ta pati a ſeniorib⁹
& p̃cipib⁹ ſacerdotū, & ſcribis, & occidi, & tertio die reſuſcitari
Et cū abduxiſſet eū Petrus, cœpit illū increpare dicēs, Propitius

tibi ſis domine, nequaq̃ erit tibi hoc. At ille conuerſus dixit Pe-
tro, Abi poſt me ſatana, obſtaculo es mihi, quia non ſapis ea quę
ſunt dei, ſed ea quæ ſunt hominum. Tunc Ieſus dixit diſcipulis
ſuis. Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum, & tollat
crucē ſuā ac ſequat̃ me. Qui enim voluerit animā ſuam ſeruare,
perdet eā. Rurſus qui perdiderit animā ſuā mea cauſa, inueniet
eā. Quid em̄ prodeſt hoī, ſi totum mundū lucratus fuerit, animæ
vero ſuæ iacturā fecerit? Aut quid dabit homo cuius permuta-
tiōe redimat animā ſuā? Futurū eſt em̄, vt filius hoīs veniat in glo
ria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuiq; iuxta facta
ipſius. Amē dico vobis, ſunt quidā hic ſtantes, qui non guſtabūt
mortem, donec viderint filiū homīs venientē in regno ſuo.

## ¶CAPVT. XVII.

ET poſt dies ſex, aſſumit Ieſus Petrū ac Iacobū & Io-
annē fratrē eius, & ſubducit illos in montē excelſum
ſeorſum, transformatuſq; eſt coram illis, & ſplenduit
facies eius ſicut ſol, Veſtimenta aūt illius facta ſunt alba, ſicut lu-
men. Et ecce conſpecti ſunt illis Moſes & Helias cum illo collo-
quentes. Reſpondens aūt Petrus, dixit Ieſu. Dn̄e bonum eſt nos
hic eſſe. Si vis faciam⁹ hic tria tabernacula, tibi vnū, & Moſi vnū,
& Heliæ vnū. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbra-
uit illos. Et ecce vox e nube quæ diceret, Hic eſt filius meus dile-
ctus, in quo mihi bene cōplacitū eſt, ipſum audite. Et cū hæc au-
diſſent diſcipuli, prociderunt in faciē ſuā, & territi ſunt vehemen
ter. Et accedens Ieſus tetigit illos dixitq;. Surgite & ne timeatis.

Vbi vero ſuſtuliſſent oculos ſuos, neminẽ videbãt, niſi Ieſum ſo-
lũ. Et cũ deſcenderent de monte, præcepit illis Ieſus dicens. Ne
cui dixeritis viſionẽ, donec filius hois a mortuis reſurgat. Et in-
terrogauerũt eũ diſcipuli ſui, dicentes, Cur igitr̃ ſcribæ dicunt, qd̃
Heliam oporteat venire prius? Ieſus aũt reſpondens dixit illis.
Helias quidẽ veniet prius, & reſtituet oĩa. Verũ dico vobis. He-
liam iam veniſſe, & nõ agnouerunt eũ, ſed fecerũt in eo quæcunq;
voluerũt. Sic & filius hois paſſurus eſt ab illis. Tũc intellexerũt
diſcipuli, quod de Ioanne Baptiſta dixiſſet ipſis. Et cũ veniſſent
ad turbã, acceſſit ad eũ homo quidã flectens genua illi, dicenſq;
Dñe miſerere filij mei, quoniã lunaticus eſt, & miſere affligitur.
Nã ſæpe cadit in ignẽ, & ſepe in aquã, & obtuli eũ diſcipulis tuis
nec potuerunt eum ſanare. Reſpondens aũt Ieſus dixit. O natio
incredula, & diſtorta, quouſq; tandẽ ero vobiſcum? vſquequo pa-
tiar vos? Adducite illũ huc. Et increpauit illum Ieſus, & exijt ab
eo dæmoniũ, & ſanatus eſt puer a tp̃e illo. Tũc accedẽtes diſcipu-
li ad Ieſum ſeorſum, dixerunt, Quare nos non potuimus ejcere
illud? Ieſus aũt dixit illis, ꝓpter incredulitatẽ veſtrã. Amẽ quippe
dico vobis, ſi habeatis fidẽ ſicut granũ ſinapis, dicetis mõti huic,
demigra hinc illuc, & demigrabit, neq; quicq̃ impoſſibile erit
vobis. Sed hoc genus nõ egredit̃, niſi per deprecationẽ & ieiuni
um, Cũ aũt verſarent̃ in Galilæa, dixit illis Ieſus, Futurũ eſt vt fili
us hois tradat̃ in manus hominũ, & occident eũ, ac tertio die re-
ſurget, & mœrore affecti ſunt vehemẽter. Cũ aũt veniſſent in op-
pidũ Capernaũ, acceſſerunt qui didragma ſolent accipere ad Pe-

trū, dixeruntq; præceptor veſter num ſoluit didrachma? Dicit, etiā. Et cū ingreſſus fuiſſet in domū, præuenit illū Ieſus, dicens: Quid tibi videt̃ Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributa aut cenſum? a filijs ſuis, an ab alienis? Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait illi Ieſus: Ergo liberi ſunt filij. Verum ne ſimus illis offendiculo, profectus ad mare mitte hamum, & eum piſcem qui prodierit primus, tolle: & aperto ore illius invenies ſtaterem: acceptum eum da illis pro me & te.

## ¶CAPVT. XVIII.

N illo tēpore acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes:
i Quis maximus eſt in regno cœlorū? Et accerſitū ad ſe puellū Ieſus, ſtatuit in medio illorū, & dixit: Amē dico vobis, niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut pueri, nō ingrediemini in regnum cœlorū. Quiſquis igitur humiliauerit ſemetipſum, ſicut eſt puellus iſte, hic eſt ille maximꝰ in regno cœlorum. Et qui receperit vnum puellum talem in nomine meo, me recipit. Qui autem offenderit vnum de puſillis iſtis qui in me credunt, expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris. Væ mundo ab offendiculis. Neceſſe eſt enim vt veniant offendicula, verumtamen ve homini, per quem offendiculum venit. Quod ſi manus tua, vel pes tuus obſtaculo eſt tibi, abſcide eum, & proijce abs te. Bonum eſt tibi ad vitam ingredi claudum, aut mutilum, potius quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et ſi oculus tuus offendit te, erue eum, & proijce

abs te, Bonum eſt tibi, vt luſcus intres in vitam, potius quam ve
duos oculos habens mittaris in gehennam ignis. Videte ne con-
temnatis vnũ ex his puſillis. Dico em̃ vobis: quod angeli eorũ in
cœlis ſemper vident faciẽ patris mei, qui in cœlis eſt. Venit enim
filius hoĩs ſeruare quod perierat. Quid vobis videtur? ſi fuerint
alicui hoĩ centũ oues, & errauerit vna ex eis, nonne relictis nona
gintanouem in montibus, vadit & quærit eã quæ errauerat? Et
ſi contigerit vt inueniat eã, amen dico vobis, gaudet ſuper eã ma-
gis quam ſuper nonagintanouẽ quæ non errauerunt. Sic non eſt
voluntas coram patre veſtro qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de
puſillis iſtis. Porro ſi peccauerit in te frater tuus, vade & argue eũ
inter te & ipſum ſolum. Si te audierit, lucratꝰ es fratrẽ tuũ: ſin ve
ro te nõ audierit, adhibe tecũ adhuc vnũ aut duos, vt in ore duo-
rũ aut triũ teſtiũ conſiſtat omne verbum. Quod ſi non audierit
eos, dic eccleſiæ. Quod ſi eccleſiã non audierit, ſit tibi velut ethni
cus & publicanus, Amen dico vobis, quæcunq; alligaueritis ſu-
per terrã, erunt ligata in cœlo, & quæcunq; ſolueritis ſuper ter-
ram, erunt ſoluta in cœlo. Rurſum dico vobis, quod ſi duo ex vo-
bis cõſenſerint ſuper terrã, de om̃i re quãcunq; petierint, fiet illis
a patre meo qui in cœlis eſt. Vbi enim ſunt duo vel tres congre-
gati in nom̃ie meo, ibi ſum in medio eorũ. Tunc accedens Petrus
ad eũ, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & re-
mittã ei? Num vſq; ſepties? Dicit illi Ieſus: Nõ dico tibi vſq; ſep
ties, ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Ideo aſſimilatũ eſt regnũ cœlorũ
homini regi, qui voluit conferre rationẽ cum ſeruis ſuis. Et cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cœpiſſet conferre,oblatus es ei vnus qui debebat ei decem millia talentorũ. Cæterũ cũ is non eſſet ſoluendo, iuſſit eũ dominus venundari,& vxorẽ eius,& liberos, & oĩa quæ habebat, ac fieri ſolutionẽ. Procidens aũt ſeruus ille adorabat eum,dicens: Dñe, eſto patiens erga me,& omnia tibi reddam. Miſertus aũt dñs ſerui illius,abſoluit eũ,& æs alienũ remiſit ei. Egreſſus vero ſeruus ille, inuenit vnũ de conſeruis ſuis, qui debebat ſibi centũ denarios,& iniecta in eũ manu, obtorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes. Et procidens conſeruus eius, rogabat eũ,dicens: Eſto patiens erga me, & oĩa reddã tibi. At ille nolebat, ſed abĳt & coniecit eũ in carcerẽ,donec redderet debitũ. Porro cum vidiſſent conſerui eius,quæ fiebant,indoluerũt valde, & venerũt, aperuerũtq́ dño ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc accerſiuit Illum dominꝰ ſuus,& ait illi: Serue ſceleſtę,totũ debitũ illud remiſi tibi,cũ obſecraſſes me. Nonne oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus erã? Et iratus dominus eius,tradidit eum tortoribus,quoaduſq́ redderet totum quod debebat̃ ſibi. Sic & pater meus cœleſtis faciet vobis, ſi non remiſeritis ſuo quiſq́ fratri de cordibus veſtris delicta illorum.

## ¶CAPVT. XIX.

e [E]T factũ eſt,cũ cõſummaſſet Ieſus ſermones hos,demigrauit a Galilæa, & venit in fines Iudææ trãs Iordanẽ,& ſecutæ ſũt eum turbæ multæ,& ſanauit eos ibi. Et acceſſerũt ad eũ phariſæi tentãtes eũ,& dicẽtes ei: Licet ne hoĩ diuortiũ facere cũ vxore ſua qualibet ex cauſa? Qui reſpondens,

ait eis: An non legiſtis, quod is qui fecit ab initio, maſculũ & fœ-
minam fecit eos? Et dixit: Propterea, deſeret homo patrem & ma-
trem, & adglutinabitur vxori ſuæ, & erunt duo in carnem vnam
Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo deus copulauit,
homo ne ſeparet. Dicunt illi: Cur ergo Moyſes iuſſit dare libel-
lum repudij, & amittere eam? Ait illis: Moyſes ad duritiã cordis
veſtri permiſit vobis repudiare vxores veſtras, cæterũ ab initio
nõ fuit ſic. Dico aũt vobis quod quicunq; repudiauerit vxorem
ſuã, niſi ob ſtuprũ, & aliam duxerit, is cõmittit adulteriũ. Et qui
repudiatã duxerit, is adulteriũ cõmittit. Dicunt ei diſcipuli eius
Si ad iſtũ modũ habet cauſa hominis cũ vxore, non expedit con-
trahere matrimoniũ. Qui dixit illis: Non omnes capaces ſunt
huius dicti, ſed ij quibus datũ eſt. Sunt enim eunuchi, qui de ma-
tris vtero ſic nati ſunt, & ſunt eunuchi, qui facti ſunt eunuchi ab
hominibus, & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerũt propter reg-
nũ cœlorũ. Qui poteſt capere, capiat. Tunc oblati ſũt ei puelli,
vt manus eis imponeret & oraret. Diſcipuli aũt increpabãt eos.
Ieſus vero ait illis: Sinite puellos, & ne prohibeatis eos ad me ve
nire, talium eſt em̃ regnũ cœlorũ. Et cum impoſuiſſet eis manus
abijt illinc. Et ecce vnus accedens, ait illi: Magiſter bone, quid bo
ni faciã, vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Cur me vocas
bonum? Nullus eſt bonus, niſi vnus, nempe deus. Quod ſi vis ad
vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi: Quæ? Ieſus autẽ dixit:
Non facies homicidium. Non cõmittes adulterium. Non facies
furtum. Non falſum dices teſtimonium. Honora patrem & ma-

trem, & diliges proximũ tuum, vt teipſum, dicit illi adoleſcens: Omnia hæc ſeruaui a iuuẽtute mea, quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus: Si vis perfectus eſſe, vade vende quæ habes, & da pauperibus & habebis theſaurũ in cœlo, & veni ſequere me. Cũ audiſſet autem adoleſcens eum ſermonem, abijt triſtis. Erat enim habẽs poſſeſſiones multas. Ieſus autẽ dixit diſcipulis ſuis; Amẽ dico vobis: diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterũ dico vobis: Facilius eſt camelum per foramẽ acus tranſire, quam diuitem in regnũ dei ingredi. Auditis autem his diſcipuli expauerunt valde, dicentes: Quis ergo poteſt ſaluus fieri? Intuitus autem illos Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud deum autem omnia poſſibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: Quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me in regeneratione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis q̃ reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meũ, centupla accipiet, & vitę æternæ ſortietur hæreditatẽ. Multi autem primi, erunt nouiſſimi: & nouiſſimi, primi.

## ¶CAPVT. XX.

n Am ſimile eſt regnum cœlorũ homini patriſamilias, qui exijt primo ſtatim diluculo ad cõducendos operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum

operarijs in ſingulos dies denario,miſit eos in vineā ſuā.Et egreſ
ſus circiter horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro ocioſos, &
illis dixit:Ite & vos in vineam, & quodcunq; iuſtum fuerit, dabo
vobis . Illi autem abierunt . Rurſum autē exijt circiter ſextam &
nonam horam, & fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exijt, &
inuenit alios ſtantes, ac dicit illis: Cur hic ſtatis tota die ocioſi? Di
cunt ei, quia nemo nos conduxit . Dicit illis: Abite & vos in vi-
neam, & quicquid fuerit iuſtum, accipietis. Cum autem veſpera
facta eſſet, dicit dominus vineæ, procuratori ſuo: Voca operari-
os, & redde illis mercedem, incipiēs a poſtremis vſq; ad primos.
Et cum veniſſent qui circa vndecimam horam venerant, accepe-
runt ſinguli denarium. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt,
quod plus eſſent accepturi, & acceperunt ipſi quoq; ſinguli de-
narium. Et cum accepiſſent, murmurabant aduerſus patremfa-
milias, dicentes: Hi nouiſſimi vnam horam fuerunt in opere, &
illos pares nobis feciſti, qui portauimus pōdus diei & eſtum, At
ille reſpondens vni eorum, dixit: Amice, non facio tibi iniuriam,
Nonne denario pactus es mecū? Tolle quod tuū eſt, & abi. Vo-
lo autē huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. An nō licet mihi qđ vo-
lo facere in rebus meis? Si oculus tuus malus eſt, ꝙ ego bonus
ſim? Sic nouiſſimi erunt primi, & primi nouiſſimi. Multi enim
ſunt vocati, pauci vero electi . Et conſcendens Ieſus Hieroſoly-
ma, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſolos in via, & ait illis:
Ecce cōſcendimus Hieroſolyma, & filius hominis tradetur prin-
cipibus ſacerdotum ac ſcribis, & condemnabūt eū morte, & tra-

dent eũ gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigen-
dum: & tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad eũ mater filiorũ Ze-
bedæi cũ filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. At ille dicit
ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dex-
terã tuã, & alter ad ſiniſtram in regno tuo. Reſpondens autem Ie-
ſus, dixit: Neſcitis quid petitis, Poteſtis bibere poculũ, quod ego
bibiturus ſum? & baptiſmate quo ego baptizor, baptizari? Di-
cunt ei: Poſſumus. Ait illis: Calicem quidẽ meum bibetis, & bap
tiſmate quo ego baptizor, baptizabimini, ſedere autem ad dex-
teram meam & ſiniſtrã, non eſt meũ dare, ſed ijs continget qui-
bus paratũ eſt a patre meo, Et cũ audiſſent decem, indignati ſunt
de duobus fratribus. Ieſus autẽ vocauit eos ad ſeſe, & ait: Scitis,
quod principes gentiũ dominentur illis, & qui magni ſunt pote
ſtatẽ exerceãt in eas. Nõ ita erit inter vos, ſed quicũq; voluerit in-
ter vos magnus fieri, ſit veſter miniſter: & qui voluerit inter vos
primus eſſe, ſit veſter ſeruus. Sicut filius hominis nõ venit vt ſibi
miniſtrarẽt, ſed vt ipſe miniſtraret: vtq; daret animã ſuã redemp-
tionẽ pro multis. Et egredientibus illis ab Hiericho, ſecuta eſt eũ
turba multa. Et ecce duo cæci ſedentes ſecus viã, cum audiſſent,
quod Ieſus tranſiret, clamauerũt dicẽtes: Dñe miſerere noſtri fili
Dauid. Turba autẽ increpabat eos, vt tacerent. At illi magis cla-
mabant, dicẽtes: Miſerere noſtri dñe fili Dauid. Et ſtetit Ieſus &
vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Dñe,
vt aperiãtur oculi noſtri. Miſertus aũt eorum Ieſus, tetigit oculos
eorũ, & confeſtim viſum receperũt oculi illorũ, & ſecuti ſunt eũ,

## ¶CAPVT. XXI.

e T cum appropinqaſſent Hieroſolymis, & veniſſent
Betphage ad montē oliuatū, tūc Ieſus miſit duos diſ/
cipulos, dicēs eis: Ite in caſtellū qđ contra vos eſt, & ſtatim inue/
nietis aſinā alligatā, & pullū cū ea, ſoluite & adducite mihi. Et ſi
quis vobis aliqd dixerit, dicite: Dn̄s his opus habet, & confeſtim
emittet eos. Hoc aūt totū factū eſt, vt adimpleret̄ q̄d dictū eſt per
prophetā, dicentē: Dicite filię ſyon: Ecce rex tuus venit tibi man/
ſuetus, ſedens ſuper aſinā & pullū filiū ſubiugalis. Eūtes aūt diſ/
cipuli, fecerūt ſicut præceperat illis Ieſus. Et adduxerūt aſinā &
pullū, & impoſuerūt ſup eos veſtimenta ſua, & eū ſup illa collo/
carūt, Plurima aūt turba ſtrauerūt veſtimēta ſua in via. Alij vero
cedebant ramos de arboribus. & ſternebant in via. Porro turbæ
quæ præcedebant & quæ ſequebant̄ clamabant, dicentes: Hos
anna filio Dauid, benedictus q venit in noīe dn̄i, hos anna in al/
tiſſimis. Et cū intraſſet Hieroſolyma, commota eſt vniuerſa ciui/
tas dicens: Quis eſt hic? Turbe autem dicebant: Hic eſt Ieſus ille
ꝓpheta a Nazareth Galilææ. Et intrauit Ieſ⁹ in tēplū dei. & eij/
ciebat oēs vendētes & emētes in tēplo, mēſaſq; nummulariorū, &
cathedras vendentiū colūbas euertit. Et dixit eis: Scriptū eſt, do/
mus mea, dom⁹ depræcatiōis vocabit̄. At vos feciſtis illā ſpelun/
cā latronū, Et acceſſerūt ad eū cæci & claudi in tēplo, & ſanauit
eos. Cū vidiſſent principes ſacerdotū, & ſcribe, mirabilia q̄ fece/
rat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hos anna filio
Dauid, indignati ſunt, & dixerunt ei, Audis quid iſti dicunt? Ie/

ſus aũt dixit eis, Quid ni? Nunquã legiſtis, Ex ore infantium et
lactentiũ perfeciſti laudẽ? Et relictis illis, exijt e ciuitate in Betha
niã, & diuerſatus eſt illic. Mane aũt reuertẽs in ciuitatem, eſurijt.
Et cũ vidiſſet fici arborẽ vnã in via, venit ad eã, & nihil inuenit in
ea, niſi folia tantũ. Et ait illi, Ne poſt hac ex te fructus naſcatur in
æternum, & arefacta eſt continuo ficus. Et eo viſo diſcipuli mi-
rati ſunt, dicentes, Q̃uo continuo exaruit ficus? Reſpondens aũt
Ieſus, ait eis, Amẽ dico vobis, ſi habueritis fidẽ, & nõ hæſitaueri-
tis, nõ ſolũ hoc quod accidit ficui facietis, verũ etiã ſi monti huic
dixeritis, tollere & proijce te in mare fiet. Et oĩa quæcunq; petie-
ritis in deprecatione credentes, accipietis. Et cũ veniſſet in tem-
plũ, acceſſerũt ad eũ docentẽ principes ſacerdotũ & ſeniores po-
puli, dicentes, Qua autoritate hæc facis? & quis tibi dedit iſtam
autoritatẽ? Reſpõdens aũt Ieſus, dixit eis, Interrogabo vos et ego
quiddã, quod ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicã qua autoritate
hęc faciã. Baptiſmus Iohannis vnde erat? e cœlo an ex hoĩbus?
At illi cogitabant apud ſe, dicentes, Si dixerim⁹ e cœlo, dicet no-
bis quare ergo non credidiſtis illi? Sin aũt dixerimus ex hoĩb⁹,
timemus turbam, Omnes eñ habebant Ioannẽ vt prophetã. Et
reſpondentes Ieſu dixerunt, Neſcimus. Ait illis & ipſe, Nec ego
dico vobis q̃ autoritate hęc faciã. Quid aũt vobis videt̃? Homo
habebat duos filios, & accedens ad priorẽ dixit, Fili vade hodie
operare in vinea mea. Ille aũt reſpondens ait, Nolo, poſtea vero
pœnitentia motus, abijt. Accedens aũt ad alterũ dixit ſimiliter.
At ille reſpondens ait, Ego domine, & non abijt. Vter e duo-

bus fecit q̊d voluit pater? Et dicũt ei, prior. Dicit illis Ieſus, Amē
dico vobis, quod publicani & meretrices præcedũt vos in regnũ
dei. Venit em̃ ad vos Ioãnes ꝑ viã iuſtitiæ, & nõ credidiſtis ei, pu/
blicani aũt & meretrices crediderũt ei, vos aũt cum vidiſſetis non
fuiſtis commoti pœnitẽtia poſtea, vt crederetis ei. Aliã parabo/
lam audite. Homo quidã erat paterfamilias, qui plantauit vineã,
& ſepẽ circũdedit ei. & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim
& locauit eã agricolis, ac peregre profectus eſt. Cũ aũt tempus
fructuũ appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt acci/
perent fructus ipſius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, aliũ
ceciderũt, alium occiderunt, aliũ vero lapidauerũt. Iterũ miſit ali/
os ſeruos plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſſime
aũt miſit ad eos filiũ ſuũ, dicens, reuerebunt̃ filiũ meũ. Agricolæ
aũt viſo filio, dixerunt intra ſe. Hic eſt hæres, venite occidamus
eũ, & occupemus hæreditatẽ eius. Et apprehenſum eũ, eiecerũt
ex vinea, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid
faciet agricolis illis? Aiunt illi. Mali cũ ſint, male perdet illos, &
vineã ſuã locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructũ tp̃ibus ſuis.
Dicit illis Ieſus. Nunquã legiſtis in ſcripturis, Lapidẽ quẽ repro
bauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput angeli. a dño factũ eſt
hoc, & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico vobis, auferetur a
vobis regnũ dei, & dabit̃ genti facienti fructus eius, Et qui cecide
rit ſuper lapidẽ iſtum, confringet̃: ſuper quẽ vero ceciderit, con/
teret eũ. Et cũ audiſſent principes ſacerdotũ ac phariſæi parabo/
las eius, cognouerunt, ꝙ de ſe diceret. Et querentes illi manus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inijcere, timuerunt turbas, quoniã tanquã prophetã eum habe-
bant. Et reſpondens Ieſus, iterum dixit eis per parabolas, & ait.

## ¶CAPVT. XXII.

Imile factũ eſt regnũ cœlorũ homi regi, qui fecit nup-
s tias filio ſuo, & emiſit ſeruos ſuos, vt vocarent inui-
tatos ad nuptias, & nolebant venire. Rurſus emiſit
alios ſeruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandiũ meũ paraui,
tauri mei & altilia mactata ſunt, & oia parata, venite ad nuptias.
Illi aũt neglexerunt, & abierunt, alius in villam ſuã, alius vero ad
negociationẽ ſuã. Reliqui vero tenuerunt ſeruos eius, & contu-
melijs affectos occiderunt. Rex aũt cũ audiſſet, iratus eſt, & miſſis
exercitibus ſuis, perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorũ ſuc-
cendit. Tũc ait ſeruis ſuis: Nuptiæ quidẽ paratæ ſunt, ſed qui in
uitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarũ, & quot-
cunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias,
congregauerunt oẽs quotquot inuenerunt, malos pariter ac bo-
nos, & impletę ſunt nuptiæ diſcumbentib9. Ingreſſus aũt rex vt
videret diſcumbentes, vbi vidit illic hominẽ nõ veſtitũ veſte nup-
tiali, ait illi: Amice, quomodo huc intraſti, non habens veſtẽ nup-
tialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris: Ligatis pedi-
bus & manibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores. ibi erit fle
tus, & ſtridor dentiũ. multi enim ſunt vocati, pauci vero electi.
Tunc abeuntes phariſæi conſilium cœperũt, vt illaquearẽt eũ in
ſermone. Et ad illũ emittũt diſcipulos ſuos cum Herodianis, di-
centes: Magiſter, ſcimus quod verax ſis, & viã dei in veritate do-

ceas, neq; cures quenq̃, Nõ enim reſpicis perſonam hominum.
Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet cenſum dari Cæſari, an
non? Cognita autẽ Ieſus malicia eorũ, ait: Quid me tentatis hy-
pocritæ? Oſtendite mihi nũmiſma cẽſus. At illi obtulerũt ei de-
nariũ. Et ait illis: Cuius eſt imago hæc, & inſcriptio? Dicunt ei:
Cæſaris, Tunc ait illis: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari:
& quæ ſunt dei, deo. Et his auditis, mirati ſunt, & omiſſo eo abie
runt, In illo die acceſſerunt ad eũ Sadducæi, qui dicunt non eſſe
reſurrectionẽ, & interrogauerũt eum, dicentes: Magiſter, Moyſes
dixit, ſi quis mortuus fuerit, nõ habens filiũ, vt ducat frater eius
vxorẽ illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant aũt apud nos ſeptẽ
fratres, & primus vxore ducta defunctus eſt, ac non habens ſemẽ,
reliquit vxorem ſuam fratri ſuo, ſimiliter ſecundus & tertius vſq;
ad ſeptimum. Nouiſſime autem omniũ defuncta eſt & mulier. In
reſurrectione ergo cuius e ſeptem illius erit vxor? Omnes eñi ha
buerunt eam. Reſpondens aũt Ieſus, ait illis: Erratis, neſcientes
ſcripturas neq; virtutem dei. In reſurrectione enim neq; matrimo
nium contrahunt, neq; elocantur, ſed ſunt ſicut angeli dei in cælo.
De reſurrectione vero mortuorum, non legiſtis quod vobis dic-
tũ eſt a deo, qui ait: Ego ſum deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus
Iacob. Deus non eſt deus mortuorũ, ſed viuentiũ. Et cũ audiſſent
turbę ſtupuerũt de doctrina eius. phariſæi aũt cũ audiſſent, quod
ſilentiũ impoſuiſſet Sadducæis conuenerunt in vnum, & interro
gauit eũ vnus ex eis legis doctor quiſpiã, tentans eum & dicens:
Magiſter, quod eſt mandatũ magnũ in lege? Ait illi Ieſus: Di-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

liges dominum deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima
tua, & in tota mente tua: Hoc eſt primũ & magnum mandatum.
Secundum autem ſimile eſt huic: Diliges proximum tuum ſicut
teipſũ. In his duobus mãdatis, vniuerſa lex et prophetæ pendẽt.
Congregatis autem phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens:
Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei: Da-
uid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum domi-
num, dicens? Dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos ſubſellium pedum tuorũ. Si ergo
Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius eſt? Et nemo
poterat ei reſpondere quicquã, neq; auſus fuit quiſquam ex eo
die eum amplius interrogare.

## ¶CAPVT. XXIII.

Vnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos,
dicens: In cathedra Moyſi ſedent ſcribæ & phariſæi.
Omnia ergo quæcunq; iuſſerint vos ſeruare, ſeruate,
& facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere: Dicunt em̃,
& non faciunt. Colligant enim onera grauia difficiliaq; portatu,
& imponunt in humeros hominum, cæterum digito ſuo nolunt
ea mouere. Omnia vero opera ſua faciunt, vt ſpectentur ab ho-
minibus. Dilatant autem phylacteria ſua, & magnificant fimbri-
as palliorum ſuorum. Amantq; primos accubitus in cœnis, &
primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari
ab hominibus rabbi. Vos aũt nolite vocari rabbi. vnus eſt enim
magiſter veſter, nempe Chriſtus; omnes aũt vos fratres eſtis, Et

patrē nolite vocare vobis ſuper terrā, vnus eſt enim pater veſter
qui in cœlis eſt. Nec vocemini magiſtri, vn⁹ em̄ veſter eſt magi-
ſter, nēpe Chriſtus. Qui maior eſt veſtrū, erit miniſter veſter. Qui
aūt ſe exaltauerit, hūiliabit: & qui ſe hūiliauerit, exaltabitur. Væ
aūt vobis ſcribæ & phariſæi hypocritę, quia clauditis regnū cœ-
lorū ante hoīes: vos em̄ non intratis, nec aduenientes ſinitis intra-
re. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia comeditis do-
mos viduarū, dū ſub prætextu pręcib⁹ prolixis precamini, prop
ter hoc plus accipietis damnatiōis. Væ vobis ſcribæ & phariſęi
hypocritę, quia circūitis mare & aridā, vt faciatis vnū proſelytū:
& cū fuerit factus, facitis eū filium gehennæ duplo magis q̄ vos
eſtis. Væ vobis duces cæci, quia dicitis: quicūq; iurauerit per tē-
plū, nihil eſt: qui aūt iurauerit per aurū tēpli, reus eſt. Stulti & cæ
ci, vtrū em̄ maius eſt: aurū, an templū q̇d ſanctificat aurū? Et qui-
cunq; iurauerit per altare, nihil eſt: quicunq; aūt iurauerit per do
nū quod eſt ſuper illud, reus eſt. Stulti ac cæci. vtrū em̄ maius eſt,
donū, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurauerit per
altare, iurat per eū & per oīa quæ ſuper illud ſunt. Et qui iuraue-
rit per tēplū, iurat per illū & per eū qui habitat in ipſo. Et qui iu
rauerit per cœlū, iurat per thronū dei, & per eū qui ſedet ſuper il
lū. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia decimatis men-
tham & anethum & cyminū, & reliquiſtis quę grauiora ſunt le-
gis, iudiciū & miſericordiā ac fidē: Hęc oportuit facere, & illa nō
omittere. Duces cæci, excolantes culicē, camelū aūt glutientes.
Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia purgatis exteriorē

poculi patinæq́; partē: cæterū intus plæna ſunt rapina & intem-
perantia. Phariſæę cęce, purga prius quod eſt intra poculū & pa
tinā, vt & exteriores horū partes puræ reddant. Væ vobis ſcribę
& phariſæi hypocritę, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatꝭ, quę
foris qdē apparēt ſpecioſa, intus vero plena ſūt oſſib⁹ mortuorū
omniq́; ſpurcitia. Sic & vos, foris quidē apparetis hominib⁹ iu-
ſti, intus aūt pleni eſtis fictione & iniquitate. Væ vobis ſcribe &
phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarū, & or
natis monumenta iuſtorū, & dicitis: Si fuiſſem⁹ in diebus patrū
noſtrorū, non fuiſſemus ſocij eorū in ſanguine prophetarū. Itaq́;
teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quod filij ſitis eorū, qui prophe-
tas occiderunt. Vos quoq́; implete menſurā patrū veſtrorū. Ser-
pentes, progenies viperarum quō effugietis iudicium gehennę?
Ideo ecce ego mitto ad vos ꝓphetas & ſapientes & ſcribas, & illo
rū aliqt occidetis crucifigetiſq́;, & illorū nōnullos flagellabitꝭ in
ſynagogis veſtris, & ꝑſequemini de ciuitate in ciuitatē, vt veniat
ſuper vos oīs ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terrā, a ſangui-
ne Abel iuſti vſq́; ad ſanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quē occi-
diſtis inter tēplū & altare. Amen dico vobis: venient hæc oīa ſu-
per generationē iſtam. Hieruſalē, Hieruſalē que occidis prophe-
tas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congrega-
re filios tuos: quēadmodū gallina congregat pullos ſuos ſub alas
& noluiſtis? Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta. Dico
enim vbis, haudquaquā me videbitis poſt hac, donec dicatis: Be
nedictus qui venit in nomine domini.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶CAPVT. XXIIII.

T egreſſus Ieſus diſcedebat a tẽplo: Et acceſſerũt diſ-
e cipuli eius, vt oſtenderẽt ei ſtructuras templi. IESVS
autẽ, dixit illis: Nonne videtis hæc omnia? Amen di-
co vobis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non de-
ſtruetur. Sedente autem eo in monte oliuarum, acceſſerunt ad
eum diſcipuli ſecreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? &
quod ſignũ aduentus tui, & cõſumationis ſæculi? Et reſpondens
Ieſus, dixit eis: Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient
in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, multoſq; ſeducent.
Audituri autem eſtis bella, & rumores bellorũ, videte ne turbe-
mini: Oportet enim omnia fieri, ſed nondum eſt finis. Cõſurget
enim gens contra gentem, & regnũ contra regnũ: & erunt peſti-
lentiæ, & fames, & terræmotus ſingulis locis. Hęc autem omnia
initia ſunt dolorum. Tunc tradent vos in afflictionem, & occidẽt
vos, & eritis inuiſi cunctis gentibus propter nomen meum Et
tunc offendiculum patientur multi, & alius alium inuicem tra-
dent, ſeq; odio habebunt inuicẽ, & multi pſeudoprophetæ ſur-
gent, ac ſeducent multos. & quoniam abundabit iniquitas, refri
geſcet charitas multorum. Qui autem perſeuerauerit vſq; in
finem, hic ſaluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in
vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veni-
et conſumatio. Cum ergo videritis abominationem deſolatio-
nis, quæ dicta eſt a Daniele proheta, ſtantem in loco ſancto: qui
legit, intelligat, tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant ad montes, qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in tecto, non deſcendat vt tollat quicquā de domo ſua. & qui in
agro, non reuertatur vt tollat veſtes ſuas. Væ autem prægnan-
tibus & lactantibus in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fu-
ga veſtra hyeme, neq; ſabbato. Erit enim tunc afflictio magna,
qualis non fuit ab initio mundi ad hoc vſq; tempus, neq; fiet,
Et niſi decurtati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed
propter electos decurtabuntur dies illi. Tunc ſi quis vobis dixe-
rit: ecce hic Chriſtus, aut illic, nolite credere. Surgent enim
pſeudochriſti & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna &
prodigia: ita vt in errorem inducantur, ſi fieri poſſit, etiam ele-
cti. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deſer-
to eſt, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut
enim fulgur exit ab oriente, & apparet vſq; in occidentem: ita
erit aduentus filij hominis. Vbicunq; enim fuerit cadauer, illic
congregabuntur & aquilæ. Statim autem poſt tribulationem
dierum illorum ſol obſcurabitur: & luna non dabit lumen ſu-
um, & ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebū-
tur, & tunc apparebit ſignum filij hominis in cœlo: & tunc plā-
gent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis, venien-
tem in nubibus cœli cum virtute & gloria multa. Et mittet an-
gelos ſuos cum tubæ voce magna, & congregabunt electos eius
a quatuor ventis, a ſummis cœlorum vſq; ad terminos eorum.
Ab arbore autem fici diſcite ſimilitudinem: cum iam ramus eius
tener fuerit, & folia fuerint enata, ſcitis qđ prope ſit eſtas. Ita &
vos, cū videritis hæc omīa, ſcitote qđ ꝓpe ſit in foribus. Amē di-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

co vobis, non præteribit ætas hæc, donec oīa iſta fiant. Cœlū &
terra præteribūt, verba aūt mea nō præteribunt. Ceterum de die
illo & hora nemo ſcit, ne angeli quidē cœlorū, niſi pater meus ſo
lus, Sed ſicut erant dies Noe, ita erit & aduētus filij homis. Sicut
em̄ erant in diebus, qui præceſſerūt diluuiū, edentes & bibentes,
cōtrahentes matrimoniū, & nuptū dantes, vſq; ad eum diem quo
intrauit Noe in arcā: & nō cognouerūt, donec veniſſet diluuium,
& ſuſtuliſſet vniuerſos : ita erit & aduentus filij hoīs. Tunc duo
erunt in agro, vnus aſſumitur, & alter relinquitur. Duæ molen/
tes in mola, vna aſſumit̄, & altera relinquit̄. Vigilate ergo, q̄a neſ
citis qua hora dn̄s veſter venturus ſit. Illud aūt ſcitote, quoniā ſi
ſciſſet paterfamilias, qua hora fur vēturus fuiſſet: vigilaſſet vtiq;
& non ſiuiſſet perfodi domū ſuā. Ideo & vos eſtote parati, quia
qua hora non putatis, ea filius hoīs venturus eſt. Quiſnā eſt fide/
lis ſeruus & prudens, quē præfecit dn̄s famulitio ſuo, vt det illis
cibū in tp̄e? Beatus ſeruus ille, quē cum venerit dn̄s eius, inuene/
rit ſic facientē: Amen dico vobis, quoniā ſuper oīa bona ſua con/
ſtituet eū. Quod ſi dixerit ſeruus ille malus in corde ſuo, cūctatur
dn̄s meus venire, ceperitq; percutere conſeruos, imo edere & bi/
bere cū ebrijs veniet dn̄s ſerui illius in die, quo non expectat, &
hora qua ignorat, & diſſecabit eū, partemq; eius ponet cum hy/
pocritis, illic erit ploratus & ſtridor dentium.

## ¶CAPVT. XXV.

t Vnc ſimile fiet regnum cœlorū decē virginibus, quæ
ſumptis lampadibus ſuis, exierunt in occurſum ſpō/

ſo.Quinq; aũt ex eis erant fatuæ,& quinq; prudẽtes. Quæ erant fatuæ acceptis lampadibus ſuis,nõ ſumpſerãt oleũ ſecũ. Prudẽtes ṽo ſumpſerant oleũ in vaſis ſuis vna cũ lãpadibus . Tardante vero ſponſo, dormitauerunt omẽs ac dormierũt.Porro medio noctis clamor factus eſt:ecce ſponſus venit, exite obuiã ei. Tunc ſurrexerunt oẽs virgines illæ,& apparauerũt lampades ſuas.Fatuę autẽ prudentibus dixerunt : Date nobis de oleo veſtro, quia lãpades noſtrę extiguunt̃ At reſponderũt prudẽtes,dicentes:Neq̃q̃,ne nõ ſufficiat nobis & vobis: ſed ite potius ad eos q̃ vẽdunt, & emite vobiſipſis.Porro dum irent emptum, venit ſponſus:& quæ parate erant,intrauerũt cũ eo ad nuptias, clauſaq; eſt ianua. Poſtea vero veniunt & reliquæ virgines,dicẽtes, Dñe, dñe, aperi nobis. At ille reſpondens, ait. Amen dico vobis, non noui vos. Vigilate itaq;,quia neſcitis diẽ neq; horã,in qua filius hoĩs veniet. Sicut em̃ hõ q̃dã peregre ꝑficiſcẽs, vocauit ſeruos ſuos,& tradidit illis bona ſua.& huic quidẽ dedit quinq; talẽta, alij aũt duo, alij vero vnũ,vnicuiq; ſecundũ propriam facultatẽ,& ꝑfectus eſt ſtatim.Abijt autẽ qui quinq; talenta acceperat, & operatus eſt in eis,& cõfecit altera quinq;.Similiter & q̃ duo acceperat,lucratus eſt & ipſe altera duo. Qui aũt vnũ acceperat, abiens fodit in terram,& abſcondit pecuniã dñi ſui. Poſt multũ vero tp̃is venit dñs ſeruorũ illorũ, & ponit rationẽ cũ eis. Et accedens is, qui quinq; talenta acceperat, attulit altera quinq; talenta,dicẽs: Dñe, quinq; talenta tradidiſti mihi,ecce altera quinq; lucratus ſum ꝑ ea. Ait illi dñs eius : Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis,

ſuper multa te conſtituā, intra in gaudiū dñi tui. Accedens aūt &
qui duo talenta acceperat, ait: Dñe, duo talenta tradidiſti mihi, ec-
ce alia duo lucratus ſum per ea. Ait illi dñs eius: Euge ſerue bo-
ne & fidelis, ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te cōſtituam:
intra in gaudiū dñi tui. Accedens aūt & qui vnū talentū accepe-
rat, ait: Dñe, nouerā te ꝙ homo durus ſis, metens vbi nō ſeminaſ-
ti, & inde cōgregans vbi nō ſparſiſti: ac territus abij, abſcondiq;
talentū tuū in terra: Ecce habes quod tuū eſt. Reſpondens autem
dñs eius, dixit ei: Serue male & piger, ſciebas quod metā vbi nō
ſeminaui, & congregem illinc vbi nō ſparſi: Oportuit ergo te cō
mittere pecuniā meam mēſarijs, & veniens ego recepiſſem vtiq;
quod meū eſt cum vſura. Tollite itaq; ab eo talentū, & date ei qui
habet decem talenta, Omni eñ habenti dabit̃, & abundabit. Qui
vero non habet, etiam id quod habet, auferet̃ ab eo. Et inutilē ſer-
uū eijcite in tenebras exteriores. illic erit fletus & ſtridor dentiū
Cum aūt venerit filius hoīs in gloria ſua, & omnes ſancti angeli
cū eo, tunc ſedebit ſuper ſedē gloriæ ſuæ, & congregabunt̃ ante
eū oēs gentes, & ſeparabit eos, alteros ab alteris, ſicut paſtor ſe-
gregat oues ab hædis: & ſtatuet oues quidē a dextris ſuis, hædos
aūt a ſiniſtris. Tunc dicet rex his qui a dextris ſibi erunt: Veni-
te benedicti patris mei, poſſidete regnum paratū vobis ab exor-
dio mūdi, eſuriui eñ, & dediſtis mihi edere. Sitiui, & dediſtis mi-
hi bibere: Hoſpes erā, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me
Infirmus, & viſitaſtis me. Incarcere erā, & veniſtis ad me. Tunc
reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Dñe qñ te vidimus eſurientem,

& pauimus, aut ſitientem, & dedimus tibi potũ? Quando autem
te vidimus hoſpitẽ, & collegimus te: aut nudũ, & cooperuimus
te: aut quando te vidimus infirmũ aut in carcere, & venimus ad
te? Et reſpondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quatenus fe-
ciſtis vni de his fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis, Tũc dicet &
his qui a ſiniſtris erũt: Diſcedite a me maledicti in ignẽ ęternũ, q̃
paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis
mihi cibũ, Sitiui, & nõ dediſtis mihi potũ. Hoſpes erã, & nõ col
legiſtis me. Nud⁹, & non operuiſtis me. Infirmus & in carcere
eram, & non viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicen-
tes: Dñe, quando te vidimus eſurientẽ, aut ſitiẽtem, aut hoſpitẽ,
aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere, & non miniſtrauimus ti-
bi? Tunc reſpondebit illis, dicens: Amen dico vobis: quatenus
nõ feciſtis vni de minimis his, nec mihi feciſtis. Et ibũt hi in ſup
pliciũ æternũ, iuſti vero in vitã æternẽ. ¶CA. XXVI.

T factũ eſt, cũ cõſumaſſet Ieſus ſermones hos omnes,
e dixit diſcipulis ſuis: Scitis quod poſt biduũ paſcha
fit, & filius hoĩs tradiẽ vt crucifigatur. Tunc cõgrega
ti ſunt principes ſacerdotũ & ſcribæ & ſeniores populi in atriũ
principis ſacerdotũ, q̃ dicebaẽ Caipha: & cõſiliũ inierũt, vt Ieſũ
dolo caperent, & occiderent. Dicebant aũt: Non in die feſto, ne
tumultus fiat in populo. Cum autem Ieſus eſſet in Bethania in
domo Simonis leproſi, acceſſit ad eum mulier, habens alaba-
ſtrum vnguenti præcioſi, & effudit ſuper caput ipſius recumben
tis. Videntes aũt diſcipuli, indignati ſunt, dicentes: Ad quid per-

ditio hæc? Potuit enim iſtud vnguentũ venundari magno, & da-
ri pauperibus. Eo autẽ cognito, Ieſus ait illis: Quid moleſti eſtis
mulieri? Opus enim bonũ operata eſt erga me. Nã ſemper pau-
peres habetis vobiſcũ, me vero nõ ſemꝑ habetis. Quod enim hęc
vnguentũ hoc miſit ſuper corpus meũ, ad ſepeliendũ me fecit.
Amen dico vobis, vbicunq; prædicatũ fuerit hoc euangelium in
toto mundo, hoc quoq; quod hæc fecit narrabĩt in memoriã ip-
ſius. Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iſcario-
tes, ad principes ſacerdotũ, & ait illis: Quid vultis mihi dare, &
ego vobis tradã illũ? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos.
Ex eo tꝑe quęrebat opportunitatẽ vt eũ traderet. Cæterũ primo
die azymorũ acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes ei: Vbi vis
paremus tibi ad edendũ paſcha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad
quendã, & dicite ei: Magiſter dicit: Tẽpus meũ prope eſt, apud
te facio paſcha cũ diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut cõ-
ſtituit illis Ieſus, & parauerunt paſcha. Veſpere aũt facto, diſcũ-
bebat cum duodecim, & edentibus illis, dixit: Amen dico vobis,
quod vnus veſtrum me ꝓditurus eſt, & mœſti redditi vehemen-
ter, cœperunt ſinguli dicere ei: Nũ ego ſum dñe? At ipſe reſpon-
dens, ait: Qui intinxit mecũ manũ in catino, hic me proditurus
eſt. Filius quidẽ hoĩs vadit, ſicut ſcriptum eſt de illo: Ve autẽ ho-
mini illi per quẽ filius hominis proditur: Bonum erat ei, ſi nat9
non fuiſſet homo ille. Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eũ,
dixit: Num ego ſum rabbi? Ait illi: Tu dixiſti. Veſcentibus
aũt eis, accepit Ieſus panem, & cum egiſſet gratias, fregit deditq;

diſcipulis,& ait: Accipite,comedite,hoc eſt corp⁹ meū. Et accep-
to poculo, gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc oēs. Hic
eſt enim ſanguis meus qui eſt noui teſtamenti,qui pro multis ef-
fundit̄ in remiſſionē peccatorum. Dico autem vobis: non bibam
poſthac ex hoc fructu vitis vſq; in diem illum, cum illud bibam
vobiſcum nouum in regno patris mei. Et cum hymnum ceci-
niſſent,exierunt in montē oliuarum. Tunc dicit illis Ieſus: Om-
nes vos ſchandalū patiemini per me in iſta nocte. Scriptū eſt em̄:
Percutiam paſtorē, & diſpergentur oues gregis. Poſtquā autem
reſurrexero, præcedam vos in Galilęam. Reſpondens autem Pe-
trus,ait illi: Et ſi omnes ſcandalum paſſi fuerint in te, ego tamen
nunquā ſcandalū patiar. Ait illi Ieſus amē dico tibi, quod in hac
nocte antequā gallus cantet,ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiā
ſi oportuerit me mori tecū,non te negabo. Similiter & oēs diſci-
puli dixerunt. Tunc venit Ieſus cū illis in villā, quæ dicit̄ Geth-
ſemane,& dixit diſcipulis: Sedete hic donec vadam & orem illic.
Et aſſumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit affici dolore
ac mœſtitudine. Tunc ait illis Ieſus: Triſtis eſt anima mea vſq;
ad mortem: Manete hic & vigilate mecū. Et progreſſus puſillū,
procidit in faciem ſuam,orās & dicens: Pater mi, ſi poſſibile eſt,
tranſeat a me calix iſte, veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut
tu. Et venit ad diſcipulos, & reperit eos dormientes, & dicit Pe-
tro: adeo nō potuiſtis vna hora vigilare mecū? Vigilate & orate,
vt ne intretis in tentationē. Spiritus quidē promptus eſt, at caro
infirma. Rurſus altera vice abijt,& orauit,dicens: Pater mi,ſi non

poteſt hoc poculū tranſire a me, niſi bibā illud, fiat voluntas tua
Et venit, & reperit eos iterū dormientes. Erant enim oculi eorum
grauati. Et relictis illis, iterū abijt, & orauit tertio, eundē ſermo-
nē dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite
iam & requieſcite, ecce appropinquauit hora, & filius hois tra-
dit in man⁹ peccatoꝝ. Surgite eamus, ecce appropinquauit qui
me tradit, Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de nūero duode-
cim venit, & cū eo turba multa cū gladijs & fuſtibus, miſſi a prin-
cipib⁹ ſacerdotū & ſenioribus populi. Is vero qui tradebat eum,
dedit eis ſignū, dicens: Quēcunq; oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete
eum. Et cōfeſtim accedens ad Ieſum, Dixit: Aue rabbi. Et oſcula-
tus eſt eū. Dixitq; illi Ieſus: Amice, ad quid ades? Tūc acceſſerūt,
& manus iniecerunt in Ieſum, & ceperunt eum. Et ecce vnus ex
his qui erant cum Ieſu, extendēs manū, exemit gladiū ſuū, & ꝑcu-
tiēs ſeruū principis ſacerdotū, amputauit auriculā ei⁹. Tūc ait illi
Ieſus: Cōuerte gladiū tuū in locū ſuū. Oēs em̄ q̄ acceperint gla-
diū, gladio peribūt. An putas q̊d nō poſſū nūc rogare patrē me-
um, & exhibebit mihi plus quā duodeci legiōes angelorū? Quo-
modo ergo implebunt ſcripturæ, q̄a ſic oportet fieri. In illa hora
dixit Ieſus turbis: Tanq̄ ad latronē exiſtis cū gladijs & fuſtib⁹ ad
cōprehendendū me: quotidie apd' vos ſedebā docens in templo,
& nō me cœpiſtis. Hoc aūt totū factū eſt vt cōplerent ſcripturæ
ꝓphetarū. Tūc diſcipuli oēs relicto eo fugerūt. At illi cōprehen-
ſū Ieſū duxerūt ad Caiphā pricipē ſacerdotū, vbi ſcribæ & ſenio-
res cōuenerāt. Petrus aūt ſequebat eū ꝓcul vſq; ad atriū pricipis

ſacerdotũ. Et ingreſſus intro, ſedebat cũ miniſtris vt videret finẽ.
Principes aũt ſacerdotũ, & ſeniores, & totũ cõciliũ quærebant fal
ſum teſtimoniũ contra Ieſum, vt morti eum traderent, & non in-
ueniebant, etiam cum multi falſi teſtes acceſſiſſent, non inuenie-
bant. Nouiſſime autẽ venernnt duo falſi teſtes, & dixerunt: Hic
dixit: Poſſum deſtruere templum dei, & intriduo ædificare illud
Et ſurgens princeps ſacerdotum ait illi: Nihil reſpondes? Cur
iſti aduerſumte teſtimoniũ dicunt? Ieſus aũt tacebat. Et reſpon-
dens princeps ſacerdotum, Ait illi: Adiuro te per deum viuum,
vt dicas nobis, an tu ſis Chriſtus fili⁹ dei. Dicit illi Ieſus: Tu dix
iſti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis ſe
dentẽ a dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc
princeps ſacerdotum diſſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphe-
mauit: quid inſuper egemus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſ-
phemiam eius: quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixe-
runt: Reus eſt mortis. Tunc expuerunt in faciem eius, & cola-
phis eum cæciderũt. Alij autem palmas in faciem eius dederũt,
dicentes: Vaticinare nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? Pe-
trus vero ſedebat foris in atrio, & acceſſit ad eum vna ancillula,
dicens: Et tu cum Ieſu Galilœo eras. At ille negauit coram om-
nibus, dicens: Neſcio quid dicas. Cum autem exiſſet in veſtibu-
lũ: vidit eum altera ancilla, & ait his qui erãt ibi: Et hic erat cum
Ieſu Nazaræno, & iterũ negauit cum iureiurando: Nõ noui ho-
minem. Et poſt puſillũ acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Pe-
tro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifeſtum facit.

Tunc cœpit deteſtari & iurare, quod non noſſet hominē. Et con-
tinuo gallus cantauit. Et recordat⁹ eſt Petr⁹ verbi Ieſu, qui dixe-
rat ei, Priuſq̃ gallus cantet, ter me negabis, & egreſſus foras, fle-
uit amare.

## ¶CAPVT. XXVII.

m Ane autem facto, concilium inierunt omnes princi-
pes ſacerdotum & ſeniores populi aduerſus Ieſum,
vt eum morti traderent. Et vinctum eum adduxerunt
& tradiderunt pōtio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas qui eum
tradiderat, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit tri-
ginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus, dicens:
Peccaui, tradens ſanguinem innoxium. At illi dixerunt: Quid
ad nos? tu videbis. Et proiectis argenteis in templo, receſſit, &
abiens laqueo ſe ſuſpendit. Principes aūt ſacerdotū acceptis ar-
genteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonā, quia preciū
ſanguinis eſt. conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figu-
li in ſepulturam peregrinorum, quapropter vocatus eſt ager ille
ager ſanguinis, vſq; in hodiernum diem Tūc impletum eſt, quod
dictum eſt per Hieremiam prophetam, dicentem: Et acceperūt
triginta argenteos precium æſtimati, quē æſtimatum emerunt
a filijs Iſrael: & dederunt eos in agrum figuli, ſicut cōſtituit mihi
dominus. Ieſus autem ſtetit ante præſidē, & interrogauit eū præ-
ſes, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Ieſus: Tu dicis. Et cū
accuſaretur a principibus ſacerdotum & ſenioribus, nihil reſpō-
dit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis q̃ multa aduerſum te di-

eunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad vllũ verbum, ita vt mi-
raretur præſes vehementer. In feſto aũt conſueuerat præſes tur-
bæ dimittere vnum vinctum quem voluiſſent. Habebat autem
tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis
ergo illis, dixit Pilatus: Vtrum vultis dimittam vobis, Barabbã,
an Ieſum qui dicitur Chriſtus? Sciebat enim quod propter in-
uidiam tradidiſſent eum. Sedente autem illo pro tribunali, mi-
ſit ad eum vxor eius, dicens: nihil tibi cum iuſto illo, multa enim
paſſa ſum hodie in ſomnis propter eum. Principes autem ſacer-
dotum & ſeniores perſuaſerunt turbis, vt peterent Barabbã, Ie-
ſum vero perderent. Reſpondens autem præſes ait illis: Vtrum
vultis vobis e duobus dimittam? At illi dixerunt, Barabbam.
Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam Ieſu, qui dicitur Chriſtꝰ?
Dicunt ei omnes, crucifigatur. Præſes aũt ait: Quid enim mali
fecit? At illi magis clamabunt, dicentes, crucifigatur. Videns au-
tem Pilatus quod nihil proficeret ſed magis tumultus fieret, ac-
cepta aqua, abluit manus coram populo, dicens: Innocens ego
ſum a ſanguine huius iuſti, vos videbitis. Et reſpondens vniuer-
ſus populus, dixit: Sanguis eis ſuper nos & ſuper filios no-
ſtros. Tunc dimiſit illis Barabbam. Ieſum autem flagellatum
tradidit vt crucifigeretur, tunc milites præſidis ſuſcipiẽtes Ieſum
in prætorio, congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, & cũ
exuiſſent eum, circundederunt ei chlamydem coccinã, & coro-
nam de ſpinis contextam impoſuerunt ſuper caput eius, & ha-
rundinem ad dexteram eius, & genu flexo ante eum, illudebant

ei,dicentes : Aue rex iudæorum. Et cũ expuiſſent in eũ,accepe-
runt harundinẽ,& percutiebãt caput eius. Et poſtquã illuſiſſent
ei,exuerunt eum chlamyde&, induerunt eum veſtimentis ſuis,&
abduxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt
hominem Cyrenæũ, nomine Simonẽ hunc adegerũt, vt tolleret
crucem eius. Et venerũt in locum, qui dicitur golgatha, quod eſt
caluarie locus. Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtũ,&
cũ guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem crucifixerunt eum,
diuiſerunt veſtimẽta eius, ſortem mittentes, vt impleretur quod
dictum eſt per prophetam : Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, &
ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et ſedentes ſeruabant eũ
ibi,& impoſuerũt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam:Hic
eſt Ieſus rex Iudæorum. Tunc crucifiguntur cũ eo duo latrones,
vnus a dextris, & alter a ſiniſtris. Prætereuntes autẽ conuicia ia-
ciebant in eum, mouentes capita ſua,& dicentes : Tu ille qui de-
ſtruebas templum, & in triduo ædificabas :ſerua temetipſum,ſi
filius dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotũ,
illudentes cum ſcribis & ſenioribus, dicebant: Alios ſeruauit,ſe
ipſum nõ poteſt ſeruare, Si rex Iſrahel eſt, deſcendat nunc de cru
ce & credemus ei. Confidit in deo,liberet eum nunc ſi vult eum.
Dixit enim,filius dei ſum. Idipſum autem & latrones,qui cruci-
fixi erant cũ eo,exprobrabant ei. A ſexta autem hora tenebræ fa-
ctæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſq; ad horam nonam,& circa
horam nonã clamauit Ieſus voce magna, dicens :Eli eli lama ſa-
bachthani : Hoc eſt, Deus meus, deus meus, cur deſeruiſti me?

Quidam autem illic ſtantiũ, cum audiſſent, dicebant: Heliam vo-
cat iſte. Et continuo currens vnus ex eis, cum acceptam ſpongi-
am impleſſet aceto, impoſuit harũdini, dabatq; ei vt biberet. Cæ-
teri vero dicebant: ſine, videamus an veniat Helias liberaturus
eum. Ieſus autẽ cũ iterum clamaſſet voce magna, emiſit ſpiritũ
Et ecce velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſq; ad
imũ. & terra mota eſt, & petræ ſciſſe ſunt, & monumenta aperta
ſunt, & multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.
& egreſſi e monumentis poſt reſurrectionem eius venerunt in
ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centurio, vero & qui
cũ eo erant cuſtodientes Ieſum. viſo terræ motu, & his quæ facta
fuerant, timuerunt valde, dicentes: Vere filius dei erat iſte. Erant
autem ibi mulieres multæ, e longinquo ſpectantes, quæ ſecutæ
fuerant Ieſum a Calilæa, miniſtrantes ei: inter quas erat Maria
magdalene, & Maria Iacobi, & Ioſe mater, & mater filiorũ Zebe-
dæi Cũ aũt veſpera facta eſſet, venit homo diues ab Arimathæa,
nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus fuerat Ieſu. hic acceſſit ad
Pilatum, ac poſtulauit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi cor
pus. Et cũ accepiſſit corp9 Ioſeph, inuoluit illud ſindone mũda:
poſuitq; illud in monumento ſuo nouo, quod exciderat in petra:
& aduoluto ſaxo ingenti ad oſtium monumenti, abijt, Erat autẽ
ibi Maria magdalene & altera Maria, ſedentes contra ſepulchrũ.
Poſtero autem die quæ ſequitur paraſceuen, conuenerũt princi-
pes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine re-
cordati ſumus, quod impoſtor ille dixit adhuc viuens: poſt

tres dies reſurgam, iube ergo muniri ſepulchrum vſq; in diem
tertiū,ne quando veniāt diſcipuli eius, & furentur eum:dicantq;
plebi,ſurrexit a mortuis: & erit nouiſſimus error peior illi prio-
re. Ait illis Pilatus: Habetis cuſtodiam: Ite, munite ſicut ſcitis. Il-
li autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, obſignato lapide, ad-
hibitis cuſtodibus

## ¶CAPVT. XXVIII.

V Eſpera autem ſabbatorū, quæ luceſcit in vnam ſab-
batorum, venit Maria magdalene & altera Maria, vt
viderent ſepulchrum. Et ecce terræmotus factus eſt
magnus. Angelus enim domi deſcendit de cælo: & accedens, de
uoluit lapidem ab oſtio, ſedebatq; ſuper eum, Erat autem aſpe-
ctus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius candidum ſicut nix.
Præ timore autem eius concuſſi ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut
mortui. Reſpondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite
timere vos, ſcio enim quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis,
non eſt hic. ſurrexit enim ſicut dixit. Venite, videte locum vbi po
ſitus erat dominus. Et cito euntes dicite diſcipulis eius, quod
ſurrexit a mortuis, & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eū vide
bitis, ecce dixi vobis. Et digreſſæ celeriter a monumento cum ti-
more & gaudio magno, currebant vt renunciarent diſcipulis ei9,
Cum autem iſſent ad renūciandum diſcipulis eius, & ecce Ieſus
occurrit illis, dicens: Auete. Ille autem acceſſerunt & tenuerunt
pedes eius, & adorauerunt eū. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere:
Ite renūciate fratribus meis, vt eant in Galilæā, & ibi me videbūt.

Quæ cum abiſſent, ecce quidam e cuſtodibus venetuut in ciuita-
tem, ac renunciauerunt principibus ſacerdotum omĩa quæ acci-
derant, & congregati cũ ſenioribus, cõſilio habito pecuniam co-
pioſam dederũt militibus, dicentes: Dicite quod diſcipuli eius
nocte venerint & furati ſint eum nobis dormientibus. Et ſi hoc
auditũ fuerit ſub præſide, nos perſuadebimus ei, & ſecuros vos
faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt ſicut erant edocti, &
diuulgatus eſt hic ſermo apud Iudæos vſq; in odiernum diem.
Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galileam, in montem vbi
conſtituerat illis Ieſus. Et cum vidiſſent illum adorauerunt eum,
quidam autem dubitauerunt, Et accedens Ieſus, locutus eſt eis di-
cens: Data eſt mihi omĩs poteſtas in cœlo & in terra, euntes ergo
docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij &
ſpiritus ſancti: docentes eos ſeruare omnia quæcunq; præcepi
vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad con-
ſummationem ſæculi.

EVANGELII SECVNDVM
MATTHAEVM.
FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# VITA SANCTI MARCI PER DIVVM HIERONIMVN.

MArcus diſcipulus & interpres Petri, iuxta quod Pe/
trum referentem audierat, rogatus Rhome a fratri/
bus, breue ſcripſit euangelium. Quod cū Petrus au/
diſſet, probauit, & eccleſiæ legendum ſua autoritate
ædidit, ſicut Clemens in ſexto υποτυπωσεων libro ſcribit. Et
Papias Hieroſolymitanus epiſcopus, meminit huius Marci, &
Petrus in epiſtola prima, ſub nomine Babylonis, figuraliter Rho/
mam ſignificans. Salutat vos quæ in Babylonæ cum electa, &
Marcus filius meus. Aſſumpto itaqꝫ euangelio quod ipſe confe/
cerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandrię Chriſtum an/
nunciās, conſtituit eccleſiam, tanta doctrina & vitæ continentia,
vt omnes ſectatores Chriſti ad exemplum ſui cogeret. Deniqꝫ
Philo diſſertiſſimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam ec/
cleſiam adhuc iudaizantem, quaſi in laudem gentis ſuæ librum
ſuper eorum conuerſatione ſcripſit, & quomodo Lucas narrat
Hieroſolymæ credentes omnia habuiſſe communia, ſic ille quod
Alexandriæ ſub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit.
Mortuus eſt autem octauo Neronis anno, & ſepultus Alexan/
driæ, ſuccedente ſibi Aniano.



# EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

NITIVM EVANGELII IESV
Chriſti filij dei,ſicut ſcriptum eſt in prophe-
I tis:Ecce ego mitto nunciũ meũ ante faciem
tuam,qui pręparabit viã tuam ante te. Vox
clamantis in deſerto: Parate viam domini,
rectas facite ſemitas eius. Baptizabat Ioannes in deſerto, prædi-
cans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorũ. Et egredie-
bantur ad eũ tota Iudæa regio, ac Hieroſolymitæ, & baptizabã-
tur oẽs ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata ſua. Erat
autẽ Ioannes veſtitus pilis cameli & zona pellicea circa lumbos
ſuos, veſcebaturq; locuſtis ac melle ſylueſtri, & prædicabat, di-
cens: Venit is qui fortior eſt me poſt me, cuius non ſum idone-
us vt procũbens ſoluam corrigiam calciamentorũ eius. Ego qui
dem baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos ſpiritu ſancto.
Et factum eſt in diebus illis, venit Ieſus a Nazareth galilææ, &
Baptizatus eſt a Ioãne in Iordane. Et ſtatim cũ aſcẽderet ex aqua
vidit diffindi cœlos,& ſpiritũ quaſi colũbã deſcẽdentẽ ſuper illũ.
Et vox facta eſt de cœlis: Tu es ille filiꝰ meꝰ dilectꝰ, in q̊ mihi be-
ne cõplacitũ eſt Et cõtinuo ſpiritus illũ expellit in deſertũ,& erat
illic in deſerto dies q̃draginta, & tentabat̃ a ſatana, eratq; cũ feris,
& angeli miniſtrabant illi. Poſtquã aũt cõprehenſus eſſet Ioan-
nes,venit Ieſus in Galilęã,prędicãs euãgeliũ regni dei,& dicens:
Impletũ eſt tẽpus, inſtatq; regnũ dei, reſipiſcite & credite euan-
gelio. Cũ ambularet aũt iuxta mare Galilææ, vidit Simonem &

Andreā fratrē eius, iacientes retia in mare, erāt em̄ piſcatores. Et
dixit eis Ieſus : Sequamini me, & faciā vt efficiamini piſcatores
hominū. Ac ꝓtinus relictis retib⁹ ſuis, ſecuti ſunt eū. Et progreſ
ſus illinc puſillū, vidit Iacobū filiū Zebedæi, & Ioannē fratrē ei⁹,
qui & ipſi in naui recōcinnabāt retia, ſtatimqꝫ vocauit illos. Et illi
relicto patre ſuo Zebedæo in naui cū mercenarijs, ſecuti ſunt eū.
Et ingrediunt̄ Capernaū, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynago/
gā docebat eos. Et ſtupebant ſuꝑ doctrina ei⁹. Erat em̄ docēs eos
tanquā autoritate præditus, & non ſicut ſcribæ. Et erat in ſyna/
goga eorū hō obnoxius ſpiritui immūdo, & exclamauit, dicens:
Ah, Quid rei nobis tecū eſt Ieſu Nazarenæ? Veniſti ad perden/
dū nos? Noui te qui ſis, nimirū ille ſanctus dei. Et increpauit illū
Ieſus dicens: Obmuteſce & exi ab homīe. Et cū diſcerpiſſet eum
ſpiritus immundus, exclamaſſetqꝫ voce magna, exijt ab eo. Et ob
ſtupuerunt om̄es, ita vt conquirerent inter ſe, dicentes : Quid eſt
hoc? Quę doctrina noua hæc? quia cū autoritate etiam ſpiritibus
immundis imperat, & obediunt ei? Emanauit aūt fama eius ſta/
tim in totā vndiqꝫ regionē Galilæę finitimā. Et protinus e ſyna/
goga egreſſi, venerunt in domū Simonis & Andreæ cū Iacobo
& Ioanne. Socrus aūt Simonis decūbebat febricitans, & conti/
nuo dicunt ei de illa. Et accedens erexit eā, apprehenſa manu ei⁹,
& reliquit eā febris ilico, ac miniſtrabat eis. Veſperi vero, cū occi
diſſet ſol, afferebant ad eū oēs male habentes, & qui a dæmonijs
agitabant̄. Et ciuitas tota congregata erat ad hoſtium, & ſanauit
multos qui ægrotabant varijs morbis, & dæmonia multa eijcie/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bat:& nõ ſinebat loqui dæmonia, quod ipſum noſſent, Et mane multa adhuc nocte cũ ſurrexiſſet egreſſus eſt, & abijt Ieſus in deſertũ locũ, ibiq; orabat, & pſecutus eſt eum Simon, & qui cũ illo erant. & cũ inueniſſent eũ, dicũt ei: Oẽs te quęrũt. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem: In hoc em̃ egreſſus ſum. Et prædicabat in ſynagogis eorũ, & in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat. Et venit ad eũ leproſus deprecans eũ, eiq; ad genua accidens, ac dicens illi: Si vis potes me mundare. Ieſus autẽ miſertus, ptenſa manu, tetigit illũ, & dicit ei: Volo, mundus eſto Et cũ dixiſſet, ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mũdatus eſt: Et comminatus ei, ſtatim emiſit illũ, dicitq; ei: Vide ne cui quicq̃ dicas, ſed abi teipſum oſtende principi ſacerdotũ, & offer pe mũdatiõe tui, quæ præcepit Moſes in teſtimoniũ illis. At ille egreſſus cœpit prædicare multa, & diuulgare ſermonẽ, ita vt iam non poſſet Ieſus manifeſte introire in ciuitatẽ, ſed foris in deſertis locis erat, & veniebant ad eum vndiq;.

## ¶CAPVT. II.

E T iterum intrauit Capernaũ poſt dies aliquot, & auditum eſt quod in domo eſſet, & protinus congregati ſunt multi, adeo vt iam nõ caperẽt eos, nec illa loca quæ erant circa ianuã, & loquebãt eis ſermonẽ. Et venient ad eũ ferentes paralyticũ, qui a quatuor portabãt: & cũ nõ poſſent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectũ ædiũ in quib⁹ erat, profoſſoq; tecto funibus demittunt grabatũ, in quo paralyticus decũbebat. Cum aũt vidiſſet Ieſus fidẽ illorũ, ait paralytico: Fili,

remittanẽ tibi peccata tua. Erãt aũt illic quidã de ſcribis ſedẽtes,
& cogitantes in cordibus ſuis. Quid hic ſic loquiẽ blaſphemias?
Quis poteſt remittere peccata, niſi ſolus deus? Et protinus vbi
cognouiſſet Ieſus ſpiritu ſuo, quod ſic cogitarent intra ſeſe, dicit
illis: Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris? Vtrũ eſt facilius di/
cere paralytico, remittanẽ tibi peccata, an dicere, ſurge & tolle gra
batũ tuũ & ambula? Vt aũt ſciatis quod filius homĩs habet pote/
ſtatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, ſurge
ac tolle grabatũ tuũ, & abi in domũ tuã. Et ſtatim ſurrexit, ſub/
latoqꝫ grabato egreſſus eſt in conſpectu omniũ, adeo vt ſtupeſce/
rent omẽs & glorificarent deũ, dicentes: Nunq̃ ſic vidimus. Et
egreſſus eſt rurſus ad mare, omĩſqꝫ turba veniebat ad eũ, ac doce/
bat eos. Et cũ præteriret Ieſus vidit Leui Alphæi filium, ſedentẽ
ad teloneũ, & ait illi: Sequere me. Iſqꝫ ſurgens ſecutus eſt eum. Et
factũ eſt, cũ accũberet in domo illiꝰ, multi etiã publicani & pec/
catores ſimul diſcũbebant cũ Ieſu & diſcipl̃is eiꝰ. erant eñ mul/
ti qui ſecuti fuerant eũ. Et ſcribæ ac phariſæi cũ vidiſſent eũ capi
entẽ cibũ cũ publicanis & peccatoribus, dicebãt diſcipulis eius:
Quid eſt, qđ cũ publicanis & pctõribꝰ edit ac bibit? Hoc audito
Ieſus, ait illis: Nõ opus ſũt ꝗ valent, medico, ſed qui male habẽt.
Nõ veni ad vocandũ iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Et di/
ſcipuli Ioannis ac phariſæorũ ieiunabant, veniuntqꝫ, & dicunt il/
li: Quare diſcipuli Ioannis & phariſæorũ ieiunant, tui aũt diſci/
puli nõ ieiunant? Et ait illis Ieſus: Num pñt filij thalami nuptia/
lis, in quo cũ illis ſponſus eſt, ieiunare? Quãdiu habẽt ſecũ ſpon/

ſum,nō poſſunt ieiunare. Venient aūt dies,cū auferet ab eis ſpon
ſus,& tunc ieiunabunt in illis diebus. Et nemo aſſumentū panni
rudis aſſuit veſtimento veteri,alioquin auffert ſupplementū eius
nouū a veteri,& peior ſciſſura fit. Et nemo mittit vinū muſtum
in vtres veteres,alioqui diſrumpit vinū muſtū vtres,& vinum ef-
fundit,& vtres pereunt,ſed vinū muſtū in vtres nouos mitti de-
bet. Et accidit,vt tranſiret ſabbatis per ſegetes,& cœperunt diſci
puli eius inter viā vellere ſpicas,& phariſæi dicebant ei, ecce cur
faciunt ſabbatis,quod non licet? Et ipſe ait illis: Nunquā legiſtis
quid fecerit Dauid, cū opus haberet,& eſuriret ipſe & qui cū eo
erant? quomodo ingreſſus ſit in domū dei ſub Abiathar princi-
pe ſacerdotū,& panes propoſitionis comederit, quos non licet
edere niſi ſacerdotibus: & dederit etiā ijs qui ſecū erant? Et dice-
bat illis: Sabbatū propter hominē factū eſt,non hō propter ſab-
batum. Itaq; dn̄s eſt filius hominis etiam ſabbati.

## ¶CAPVT. III.

e T introiuit iterū in ſynagogā,& erat ibi homo arefa-
ctam habens manū: & obſeruabant eum, an ſabbatis
ſanaturus eſſet eū,vt accuſarent illū. Et ait homi,hn̄ti
manū arefactā: Surge in mediū. Et dicit illis: Vtrū licet ſabbatis
benefacere, an malefacere? animam ſeruare, an occidere? At illi
tacebāt. Et cū circūſpexiſſet eos cū iracūdia,cōdoleſcēs ſup cęcita
te cordis eorū,dicit hoi: Extēde manū tuā:& extendit:& reſtitu-
ta eſt man⁹ illius ſana,vt altera. Egreſſi vero phariſæi, ſtatim vna
cū Herodianis conſiliū inibant aduerſus eū,vt illū perderent. Ie-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſus aūt cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare:& ingens multitudo
a Galilæa ſecuta eſt eū,& ab Iudæa & ab Hieroſolymis,& ab Idu
mæa,& trans Iordanē:& qui circa Tyrū habitabāt ac Sidonē,ho/
minū multitudo magna,qui cū audiſſent quæ faciebat, venerunt
ad eum. Et Iuſſit Ieſus diſcipulis ſuis, vt nauicula ſibi deſeruiret
ꝓpter turbā, ne ip̄m p̄merent. Multos em̄ ſanauerat,ita vt irrue/
rent in eū,quo illū tangerēt,quotquot affligebant.Et ſpiritus im
mundi cū illū vidiſſent, procidebāt ei,& clamabant dicentes: Tu
es filius dei: & vehementer interminabat̄ eis, ne ſe manifeſtū fa/
cerēt.Et aſcendit in montē, ac vocat ad ſe quos voluit ipſe:& ve/
nerūt ad eū.Et fecit duodecim vt eſſent ſecum, & vt emitteret eos
ad prędicandū,vtq; haberēt poteſtatē ſanandi morbos,eijciendiq;
demonia. Et impoſuit Simoni nomē Petrus: & Iacobū filiū Ze/
bedæi, & Ioannē fratrē Iacobi, & impoſuit eis noīa Boanerges,
qđ eſt,filij tonitrui: & Andream, & Philippū, & Bartholomeū,
& Matthæū, & Thomā, & Iacobū Alphæi filiū,& Thaddæū,&
Simonē cananęū, & Iudā Iſcariotē q & prodidit illū. Et veniunt
in domū,& cōuenit iterum turba,ſic vt non liceret illis vel panes
edere:& cū audiſſent qui ad illū attinebant,exierūt vt manus inij/
cerēt in eū. Dicebant em̄,in furorē verſus eſt. Et ſcribę q ab Hie/
roſolymis deſcenderāt,dicebāt: Beelzebul habet,& ꝑ principem
dæmoniorū eijcit dęmonia. Et ad ſe vocatis eis, in parabolis di/
cebat illis: Quomō poteſt ſatanas ſatanā eijcere? Et ſi regnum ad
uerſus ſeſe diuiſum fuerit,nō poteſt ſtare regnū illud. Et ſi dom⁹
cōtra ſemetipſā diuiſa fuerit,non pōt ſtare dom⁹ illa;& ſi ſatanas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

inſurrexit aduerſus ſemetipſum ac diuiſus eſt, non poteſt ſtare, ſed finem habet. Non poteſt quiſq̃ vaſa fortis, ingreſſus in domum illius, diripere, niſi prius fortem alligarit, & tunc domum eius diripiet. Amen dico vobis: Omnia remittentur filijs hoim peccata, & conuicia, quibuſcunq; conuiciati fuerint. At qui cõuiciũ dixerit in ſpiritũ ſctm̃, nõ habet remiſſionẽ in æternũ, ſed obnoxius eſt æterno iudicio. Dicebãt em̃, ſpm̃ immundũ habet. Et veniũt mater eius & fratres, & foris ſtantes, miſerũt ad eum qui euocarent eũ, & ſedebat turba circa eũ, dicũtq; ei: Ecce mater tua & fr̃es tui foris q̃runt te. Et r̃ndit eis, dicens: Quæ eſt mater mea, & fratres mei? Et cũ circũſpexiſſet, in circuitu circũ ſe diſcipulos ſedentes, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui em̃ fecerit voluntatem dei, hic frater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

## ¶CAPVT. IIII.

e Titerum cœpit docere iuxta mare, & congregata eſt ad eum turba multa, ita vt nauim ingreſſus, ſederet in mari, & tota turba iuxta mare in terra erat, & docebat eos per parabolas multa, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite, Ecce exibat ſeminator ad ſeminandũ. & accidit inter ſeminãdũ, aliud quidẽ cecidit ſecus viã, veneruntq; volucres cœli & comederunt illud Aliud vero cecidit ſuper petroſa, vbi non habuit terram multã, & ſtatim exortũ eſt, quod non haberet altitudinem terræ ſole aũt exorto, æſtu affectũ eſt: & eo quod nõ haberet radicẽ: exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & ſuccreuerũt ſpinæ ac ſuffocauerunt illud, & fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terrã bo-

nam,& dabat fructū emergentē atq; creſcentē : & afferebat vnum
triginta,& vnū ſexaginta,& vnū centū. ac dicebat illis : Qui habet
aures ad audiendū, audiat. Cū aūt cœpiſſet eſſe ſolus, interroga-
uerunt eū hi qui circū illū erant cū duodecim, de parabola,& dice-
bat eis : Vobis datū eſt noſſe myſteriū regni dei, illis aūt qui foris
ſunt ꝑ parabolas oīa fiunt: vt vidētes videāt,& nō cernāt:& audi-
entes audiāt,& non intelligāt: neqn̄ cōuertantē,& remittantur eis
peccata. Et ait illis : Neſcitis parabolā hāc? & quō oēs parabolas
cognoſcetis? Seminator ille ſermonē ſeminat. Iſti vero ſunt, quoq;
alīj iuxta viā dicunt̄ vbi ſeminat̄ ſermo, & cū audierint, cōfeſtim
venit ſatanas,& aufert ſermonē q̄ ſeminat⁹ eſt in cordibus eorum
Et alīj ſunt ſimiliter q̄ in petroſa ſemē excipiūt: qui cū audierint
ſermonē, ſtatim cū gaudio accipiūt illud,& nō hn̄t radicem in ſe,
ſed tēporarīj ſunt: deinde coorta afflictione aut ꝑſecutione ꝑpter
ſermonē, cōfeſtim offendunt̄. Et alīj ſunt qui in ſpinas ſemē exci-
piūt, hi ſunt qui ſermonē audiūt,& ſolicitudīes ſæculi hui⁹ ac de-
ceptio diuitiarū, ceterarūq; reꝝ cupiditates introeūtes, ſuffocant
ſermonē, ac reddit̄ infructifer. Et alīj ſunt qui in terrā bonā ſemē
exceperūt, qui audiūt v̄bū & ſuſcipiūt,& fructificant, ita vt aliud
granū adferat triginta, aliud ſexaginta, aliud centū. Et dicebat il-
lis : Num lucerna incendit̄, vt ſubter modiū ponat̄, aut ſubter le-
ctū? Nōne vt ſuper cādelabrū ponat̄? Nō eſt em̄ quicq̄ occultum,
qđ nō manifeſtet̄: neq; fuit ſecretū, ſed vt in propatulū veniat, Si
quis habet aures ad audiēdū, audiat. Et dicebat illis : Videte quid
audiatis : Qua menſura metimini, alīj metient̄ vobis, & adīj ciet̄

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vobis qui auditis: Qui enim habet, dabitur illi: & qui non babet, etiam quod habet, auferet̃ ab eo, & dicebat: Sic eſt regnum dei, quẽadmodũ ſi homo iaciat ſementẽ in terram, ac dormiat, atq; ille exurgat nocte ac die: ſegeſq; germinet, ac ſurgat in altum dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primũ herbam, deinde ſpicam, deinde plenũ frumentum in ſpica, cum autẽ productus fuerit fructus, ſtatim mittit falcem, quoniã adeſt meſſis. Et dicebat: Cui aſſimilabimus regnum dei? aut qna collatione conferemus illud? Eſt ſicut granũ ſinapis, quod cum ſeminatũ fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra: & cum ſeminatum fuerit, exurgit, & fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt poſſint ſub vmbra eius aues cœli nidificare. Et talibus multis parabolis loquabatur eis ſermonem, prout poterant audire, ſine parabola vero non loquebatur eis, ſeorſim autẽ diſcipulis ſuis exponebat oĩa. Et ait illis in die illo cũ facta eſſet veſpera: Tranſeamus in vlteriorẽ ripam. Et dimiſſa turba, aſſumunt eũ ita vt erat in naui, ſed & aliæ nauiculæ erant cum illo. Et oritur procella venti magna, & fluctus irruebant in nauim, ita vt illa iam impleretur. Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dormiens, & excitãt eũ, dicũtq; illi: Præceptor, non eſt tibi curæ, quod perimus? Et excitatus increpauit ventũ, dixitq; mari: Tace, ob muteſce, & cõquieuit ventus, factaq; eſt tranquillitas magna, & ait illis: Quid timidi eſtis adeo? Qui fit vt non habeatis fiduciã? Et timuerunt timore magno, dicebantq; inter ſeſe: Quiſnam hic eſt, quia & veutus & mare obediunt?



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶CAPVT. V.

e T venerunt traiecto mari in regionē Gadarenorum.
Egreſſoq; ei de naui, ſtatim occurrit e monumētis ho/
mo ſpiritui obnoxius imundo, q domiciliũ habebat in monumē
tis: Et neq; cathenis quiſq̃ poterat eũ ligare, ꝓpterea quod, cũ ſæ
pe cõpedibus & cathenis vinctus fuiſſet, diſcerptæ eſſent ab illo
cathenæ, & cõpedes eſſent cõminutę, neq; quiſq̃ valuiſſet eũ do/
mare. Et ſemper die ac nocte in montibus & in monumētis erat
clamans, & concidens ſeipſum lapidibus. Cũ vidiſſet aũt Ieſum
emimus, cucurrit, & adorauit eũ, & clamans voce magna dixit:
Quid mihi tecũ eſt Ieſu fili dei altiſſimi? adiuro te per deum, ne
me torqueas. Dicebat eñ illi: Exi ſpũs immunde ab hoie, & in/
terrogabat eũ: Quod tibi nomen eſt? Et reſpondit, dicens ei: Le/
gio mihi nomen eſt, quia multi ſum⁹ Et deprecabat̃ eũ multũ, ne
ſe emitteret extra regionē. Erat aũt ibi iuxta montes grex porco/
rũ magnus paſcens, & depcabant̃ eũ oēs dæmones, dicētes: Mitte
nos in porcos, vt in eos introeamus. Et permiſit eis ſtatim Ieſus
Et egreſſi ſpũs immũdi ingreſſi ſunt in porcos. Et ferebat̃ grex
per præceps in mare, erant aũt ferme bis mille, & ſuffocati ſunt
in mari. Porro qui paſcebant porcos, fugerunt, & renunciauerũt
in ciuitatē, & in agros. Et egreſſi ſunt ad videndũ quid eſſet quod
acciderat, & veniunt ad Ieſum, & vident illũ qui a dęmonio vexa
bat̃ ſedentē ac veſtitũ: & ſane mentis, qui habuerat legionē, & ti/
muerunt. Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter accidiſſet ei
qui dæmoniũ habuerat, & de porcis. Et rogare cœperũt eum, vt

diſcederet de finibus ipſorũ. Et cũ ingreſſus eſſet nauim, roga-
bat illũ qui fuerat ad dæmonio correptꝰ, vt eſſet cũ illo: Ieſus aũt
nõ permiſit eũ, ſed ait illi: Abi in domũ tuã ad tuos, & annuncia
illis quanta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui. Et abijt, cœ-
pit prædicare in decapoli, quãta ſibi feciſſet Ieſus, & oẽs mirabã
tur. Et cũ traieciſſet Ieſus naui rurſus in vlteriorẽ ripam. cõuenit
turba multa ad eũ, & erat circa mare. Et ecce venit quidã princi-
pũ ſynagogæ, noĩe Iairus: & cũ vidiſſet eũ. procidit ad pedes eius
& dep̄cabatur eũ multũ, dicens: Filiola mea in extremis eſt, oro
vt venias & imponas illi manus, vt ſalua ſit, & viuet. Et abijt cum
illo, & ſequebat̃ eũ turba multa, & cõprimebãt eũ. Et mulier quæ
dam, quæ fuerat obnoxia profluuio ſanguinis annos duodecim,
fueratq; multa perpeſſa a cõpluribꝰ medicis, & inſumpſerat oĩa
ſua, neq; quicq̃ adiumẽti ſenſerat, ſed magis in deterius venerat,
cũ audiſſet de Ieſu, venit in turba a tergo, & tetigit veſtimentum
eius. Dicebat em̃: ſi vel veſtimenta eius tetigero: ſaua ero, Et cõ-
feſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quod ſa-
nata eſſet a flagello. Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcẽs vir-
tutẽ ex ſeſe prodiſſe, cõuerſus in turba, aiebat: Quis tetigit veſti-
mẽta mea? Et dicebãt ei diſcipuli ipſius: Vides turbã vndiq; pre-
mentẽ te, & dicis: qs me tetigit? Et circũſpiciebat, vt videret eã q̃
hoc fecerat. Mulier vero timẽs & tremens, ſciens quod factũ eſſet
in ſe, venit & accidit ei, dixitq; ei omnẽ veritatẽ. Ille aũt dixit ei:
Filia, fides tua te ſeruauit, vade cũ pace, & eſto ſana a flagello tuo
Adhuc eo loquente veniunt a principe ſynagogæ, qui dicerent:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrũ? Ieſus aũt proti-
nus audito ſermone qui dicebatur, ait principi ſynagogæ: Ne
metuas, tantũmodo crede. Et non permiſit, vt quiſq̃ ſe ſequeret,
præter Petrũ & Iacobũ & Ioannẽ fratem Iacobi. Et venit in do-
mũ principis ſynagogæ, videtq; tumultũ ac flentes & eiulantes
multũ, & ingreſſus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Pu-
ella nõ eſt mortua, ſed dormit. Et irridebãt eum. Ipſe vero eiectis
oibus, aſſumit patrẽ & matrẽ puellæ, & eos qui cũ ipſo erant, &
ingredit̃ eo vbi puella erat iacẽs, & apprehenſa manu puellæ, ait
illi: Tabitha, cumi, qđ eſt, ſi quis interpretetur: Puella, tibi dico,
ſurge. Et cõfeſtim ſurrexit puella, & ambulabat. erat eñ annorũ
duodecim, & obſtupuerũt ſtupore magno. Et præcepit illis vehe-
menter, ne quiſq̃ id ſciret, & iuſſit vt daretur illi quod ederet.

## ¶CAPVT. VI.

E T egreſſus eſt illinc, venitq; in patriã ſuã, & ſequuntur
eum diſcipuli ſui, Cumq; adeſſet ſabbatũ, cœpit in ſy-
nagoga docere, multiq; audientes obſtupuerunt, di-
centes: Vnde huic hæc? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi? &
virtutes tales per manus eius efficiuntur? Nõne hic eſt faber il-
le, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioſe, & Iuda, & Simonis? Non-
ne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt? Et offendebantur per eum.
Dicebat autem illis Ieſus: Non eſt propheta contemptus niſi in
patria ſua, & inter cognatos, & in familia ſua. Et non poterat ibi
virtutem vllam edere, niſi quod paucos infirmos, impoſitis ma-
nibus ſanauit, ac mirabatur propter incredulitatem eorum, & ob

ambulabat per vicos vndiq; circumiacentes, docens. Et accerſit duodecim, cœpitq; eos emittere binos, ac dabat illis poteſtatẽ aduerſus ſpiritus immundos. Et præcepit illis, ne quid tollerẽt in viã, niſi virgã tantũ: non perã, non panem, nõ in zona æs: ſed calciarẽtur ſandalijs, & ne induerent binis tunicis. Et dicebat eis: Vbicunq; introieritis in domũ, illic manete donec exeatis illinc, Et quicũq; nõ receperint vos, neq; audierint vos, exeuntes illinc, excutite puluerẽ qui eſt ſub pedibus veſtris in teſtimonium illis. Amẽ dico vobis: tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicij, quã ciuitati illi. Et egreſſi prædicabant, vt reſipiſcerẽt, & dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos egros & ſanabant. Et audiuit rex Herodes (innotuerat enim nomẽ eius) dicebatq;: Ioannes ille, qui baptizabat, reſurrexit a mortuis, & propterea virtutes agunt in illo. Alij dicebant. Helias eſt: alij vero dicebant, propheta eſt, vel tanquã vnus ex prophetis. Cum audiſſet autem Herodes, ait: Cui ego præcidi caput, Ioannes iſte eſt, ipſe ſurrexit a mortuis. Nam ipſe Herodes, miſſis ſatellitib9 manus iniecerat in Ioannẽ, & vinxerat eũ in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam vxorẽ. Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem, fratris tui. Herodias aũt inſidiabatur illi, volebatq; occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum virũ iuſtnm ac ſanctum, & obſeruabat eum: auditoq; eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidiſſet, cum Herodes in natalitijs cœnam faceret primatibus ac tri-

bunis, & primoribus Galilęæ, cunćq; introiſſet filia ipſius Hero-
diadis ac ſaltaſſet, placuiſſetq; Herodi ac ſimul accumbentibus,
rex ait puellæ: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi,
qnicquid a me petieris, dabo tibi vſq; ad dimidiũ regni mei. At
illa egreſſa dixit matri ſuæ: Quid petam? Illa vero dixit: Caput
Ioannis baptiſtæ. Et ingreſſa ſtatim cum feſtinatione ad regem,
petiuit dicens: Volo, vt protinus des mihi in lance caput Ioan-
nis baptiſtæ. Et dolore affectus rex, propter iuſiurandum eoſq;
qui ſimul accumbebant noluit eam reijcere. Et confeſtim rex
miſſo ſpiculatore iuſſit inferri caput eius. At ille abijt ac decolla-
uit eum in carcere, & attulit caput eius in lance, & dedit illud pu-
ellæ, & puella dedit illud matri ſuæ. Quo audito, diſcipuli eius
venerunt, & ſuſtulerunt cadauer eius, poſueruntq; illud in monu-
mento. Et congregantur apoſtoli ad Ieſum, ac renunciauerunt
ei omnia, & quæ egiſſent, quæq; docuiſſent. Et ait illis: Venite
vos ſoli ſeorſim in deſertum locum, & requieſcite puſillum.
Erant enim qui venirent & abirent multi, ac ne cibum quidem
capere vacabat. Et abijt in deſertum locum nauigio ſeorſim.
Et viderunt eos abeuntes, turbæ: & agnouerunt eum multi, &
itinere pedeſtri ex omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, &
præuenerunt eos, conueneruntq; ad illum. Et egreſſus vidit tur-
bam multã Ieſus, & affectu miſericordię tactus eſt ergo eos, quia
erant velut oues non habentes paſtorem. Et cœpit illos docere
multa, & cum iam multum temporis præteriſſet, acceſſerunt ad
illum diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus, & iam multum

temporis eſt, dimitte illos, vt abeant in circumiacentes villas ac vicos, emantq́ ſibi panes: nam quod edant, non habent. At ille reſpondens ait illis: Date illis vos quod edant. Et dixerunt ei: Eũtes emamus ducentis danarijs panes, & dem⁹ illis quod edãt? At ille dicit eis: Quot panes habetis? Ite & videte. Et cum cognouiſſent, dicunt, quinq́ & duos piſces. E præcepit illis vt accumbere facerent omnes, diſtributis conuiuijs in viridi gramine. Et diſcubuerunt diuiſi in viridaria centeni & quinquageni. Et cum accepiſſet quinq́ panes ac duos piſces, ſublatis in cœlum oculis benedixit, ac fregit panes, deditq́ diſcipulis ſuis vt apponerent illis, & duos piſces diuiſit omnibus. Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus. Erant aũt qui comederant circiter quinq́ millia virorum. Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos conſcendere nauim, vt præcederent tranſmiſſo mari Bethſaidam, dum ipſe dimitteret turbam. Et cum dimiſiſſet eos, abijt in montem ad orandum. Et cũ veſpera adueniſſet, erat nauis in medio mari, & ipſe ſolus in terra, viditq́ eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis. Ac circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans ſuper mare, & volebat pręterirę eos. At illi vt viderunt eum ambulantẽ ſuper mare, putauerunt ſpectrum eſſe, & exclamauerunt: Omnes em̃ videbant eum, & conturbati ſunt, & ſtatim locutus eſt cum eis, dixitq́ eis: Confidite, ego ſum, ne terreamini. Et aſcendit ad illos in nauim, & cõquieuit ventus, & vehementer ſupra modũ intra ſeſe ſtupebant, & admirabant̃.

Non enim intellexerant de panibus, erat em̄ cor eorum obcæca/
tum. Et cū traiecissent, venerunt in terram Genezareth, & appli/
cuerunt in portum. Cunq; egreſſi eſſent de naui, continuo agno/
uerunt eum, ac percurrentes totam vndiq; regionem illam, cœ/
perunt in grabatis eos qui male habebant circumferre, cum au/
diſſent eum illic eſſe, & quocunq; introiſſet in vicos, aut inciuita
tes, aut in villas, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur
eū, vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent. Et quotquot tan/
gebant eum, ſalui fiebant.

¶CAPVT. VII.

ET cōueniunt ad eū phariſæi, & quidā de ſcribis qui
venerant Hieroſolymis, & cū vidiſſent quoſdam ex
diſcipulis eius communibus manibus (id eſt, illotis)
edere panes, incuſabant. nā phariſæi, & omnes Iudæi, niſi crebro
lauerint manus, non capiunt cibū, tenentes inſtituta maiorū, & a
foro venientes, niſi loti fuerint non cōmedunt. Et alia multa ſunt,
quæ ſuſceperūt ſeruanda, nēpe lotiones poculorū & vrceorū &
æramētorū & lectorū. Deinde interrogant eū phariſæi & ſcribæ.
Quare diſcipuli tui nō ambulāt iuxta ritū traditū a maiorib⁹, ſed
illotis manib⁹ edunt panē? At ille reſpōdens, dixit eis: Bene vati/
cinat⁹ eſt Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptū eſt: Popul⁹ hic
labijs me honorat, cor aūt eorū lōge eſt a me: in vanū aūt me co/
lūt, docētes doctrinas, p̄cepta hoim. Nā omiſſo p̄cepto dei, tenet͡s
cōſtitutiōes hoim ablutiōes vrceorū & poculorū, aliaq; ſi͞ilia his
facitis m͞lta. Et dicebat illis: Bn̄, reijcitis p̄ceptū dei, vt cōſtitutio/

nem veſtrã ſeruetis. Moſes em̃ dxit: Honora patrẽ tuũ & matrẽ
tuam: & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos au
tem dicitis: Si dixerit homo patri vel matri corban, quod eſt, do-
nũ quodcunq; ex me, in tuũ cedet cõmodum. & prӕterea non ſi-
nitis eũ quicq̃ facere patri ſuo aut matri ſuӕ, & irritũ facitis ver-
bum dei per conſtitutionem veſtram quã tradidiſtis. Et ſimilia
huiuſmodi multa facitis. Et cũ aduocaſſet ad ſe totam turbam, di
cebat illis: Audite me omnes & intelligite: Nihil eſt exſtra homi
nem introiens in eum, quod poſſit eũ inquinare, ſed quӕ de ho-
mine procedunt, illa ſunt quӕ inquinant hominẽ. Si quis habet
aures ad audiendum, audiat. Et cũ introiſſet in domum ſemotus
a turba, interrogabant eum diſcipuli eius de ſimilitudine. Et ait
illis: Adeo & vos intelligentia caretis? Nõdum intelligitis, quod
omne foris introiens in hominem, non poteſt eum inqninare,
quia non intrat in eius cor, ſed in ventrem: & in ſeceſſum exit, re-
purgans omnes eſcas? Dicebat autem, quod ab homine exit, il-
lud inquinat hominem. Ab interioribus em̃ de corde hominum
malӕ cogitationes procedunt, adulteria, ſtupra, homicidia, furta,
auaritiӕ, fraudes, dolus, impudicitia, malus oculus, conuicia,
ſuperbia, ſtulticia. omnia hӕc mala ab internis procedunt, & in-
quinant hominem. Et inde ſurgens, abijt in confinia Tyri ac Si-
donis, & ingreſſus domum, neminem voluit ſcire, nec potuit la-
tere, Mulier em̃ ſtatim vt audiuit de eo, cuius filiola habebat ſpi-
ritum immundũ, venit & accidit ad pedes eius. Erat enim mulier
Grӕca Syrophœniſſa genere, & rogabat eum, vt dӕmoniũ eij-

ceret de filia ſua. Ieſus aũt dixit illi: Sine prius ſaturari filios. Nõ
eſt em̃ honeſtũ, ſumere panẽ filiorũ, & proĳcere catellis. At illa re
ſpondit & dicit illi: Etiã dñe: Nã catelli quoq; comedũt ſub men/
ſa de micis filiorũ. Et ait illi: Propter iſtũ ſermonẽ vade, exĳt dæ/
moniũ a filia tua. Et cũ abiſſet domũ ſuã, reperit dæmoniũ exiſ/
ſe, & filiã iacentẽ ſuper lectũ. Et rurſum egreſſus de finibus Tyri
ac Sidonis, venit ad mare Galilææ per medios fines decapolis,
& adducunt ei ſurdũ, impeditæq; linguæ, & deprecantᷣ eũ, vt im/
ponat illi manũ, & cũ apprehẽdiſſet eum de turba ſeorſim, miſit
digitos ſuos in auriculas eius, & ſputo emiſſo tetigit linguã eius
ac ſuſpiciens in cœlũ, ingemuit, & ait illi: Ephphatha, quod eſt,
aperire. Et ſtatim apertæ ſunt eius aures, & ſolutũ eſt vinculũ lin/
guæ eius, ac loquebatᷣ recte, Ac præcepit illis, ne cui dicerẽt. Sed
quo magis ille eis præceperat, hoc potius amplius prædicabãt,
& ſupra modũ ſtupebant, dicentes: Bene omnia fecit, & ſurdos
facit audire, & mutos loqui.

## ¶ CAPVT. VIII.

N diebus illis cũ turba admodũ multa eſſet, nec habe
rent quod manducarent, accerſitis ad ſe Ieſus diſcipu
lis, ait illis: Miſericordia tangor erga turbã, quia iã tri
duo manent apud me, nec habent qđ edant: & ſi dimiſero eos ie/
iunos in domũ ſuã, deficient in via. Quidã enim ex eis e longin/
quo venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Vnde iſtos quis
poterit hic ſatiare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos:
Quot panes habetis? Illi vero dixerunt: ſeptẽ. Et præcepit tur/

bæ diſcũbere ſuper terrã. Et acceptis ſeptem panibus, cũ gratias
egiſſet, fregit, deditqꝫ diſcipulis ſuis, vt apponerent, & appoſue-
rũt turbæ, & habebãt piſciculos paucos & cũ benedixiſſet, iuſſit
apponi & hos. Comederũt aũt & ſaturati ſunt, ac ſuſtulerũt quæ
ſuperfuerant, fragmentorũ ſeptẽ ſportas. Erant aũt qui comede-
rant ferme quater mille, & dimiſit illos. Et mox ingreſſus in na-
uim cũ diſcipulis ſuis, venit in ꝑtes Dalmanutha. Et egreſſi ſunt
pharisæi, cœperuntqꝫ diſputare cũ illo quærentes ab eo ſignum
e cœlo tentãtes eũ, & cũ ingemuiſſet ſpũ ſuo dicit, cur generatio
hæc ſignũ quęrit? amen dico vobis, ſi dabit̃ generationi huic ſig-
nũ. Et relictis illis ingreſſus rurſus nauim, abijt traiecto lacu. Et
obliti fuerant ſumere panes, nec præter vnũ panẽ habebant ſecũ
in naui. Ac præcepit illis dicens: Videte, cauete a fermento pha-
riſeorũ, & a fermẽto Herodis, & diſputabant inter ſeſe dicentes:
Panes nõ habemus, & eo cognito Ieſus dicit illis: Quid diſputa-
tis, quod panes non habetis? Nondũ aĩaduertitis nec intelligitis?
adhuc obcæcatũ habetis cor veſtrũ? oculos habentes, non cerni-
tis, & aures habentes, nõ auditis? & nõ meminiſtis? Cum quinqꝫ
panes fregiſſem in hominũ quinqꝫ milia, quot cophinos fragmẽ
tis plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, duodecim. Cum aũt ſeptẽ in qua
tuor milia, quot ſportas ex reliquijs fragmentorũ tuliſtis? Illi ve
ro dixerunt, ſeptẽ. Et dixit illis: Qui fit vt nõ intelligatis? Et ve-
nit Bethſaidã, & adducunt illi cæcũ & obſecrant eum, vt illũ tan-
geret. Et apprehenſa manu cæci, eduxit illum extra vicũ & cum
exſpuiſſet in oculos illius, impoſuiſſet illi manus, interrogauit

eũ, ſi quid videret, & recepto viſu, dicebat: Video hoies, quoniã
velut arbores cerno ambulantes. Deinde rurſum impoſuit ma-
nus ſup oculos illius, & fecit vt viſum reciperet: & reſtitutus eſt,
ac denuo videbat dilucide oẽs, & dimiſit illũ in domũ ſuã, dicẽs:
Neq; in vicũ ingrediaris, neq; dixeris cuiq̃ in vico. Et egreſſus eſt
Ieſus & diſcipuli illius in vicos Cæſariæ, quæ cognominat̃ Phi-
lippi, & in via interrogauit diſcipulos ſuos dicens: Quẽ me di-
cunt hoies eſſe? Illi vero reſponderũt: Ioannem baptiſtam, & alij
Heliã, alij rurſus vnũ de nũero ꝓphetarũ. Et ipſe dicit illis, at vos
quẽ me dicitis eſſe? Reſpondens aũt Petrus, dicit illi: Tu es ille
Chriſtus. Et interminatus eſt eis, ne cui dicerent de ſe. Et cœpit
docere eos, qđ oporteret filiũ hois multa pati, & reprobari a ſe-
nioribus ſummiſq; ſacerdotibus ac ſcribis, & occidi, & poſt tres
dies reſurgere, & aperte ſermonẽ loquebat̃. Et apprehendit illum
Petrus, cœpitq; increpare eũ. At ille conuerſus, & intuitus diſci-
pulos ſuos, increpauit Petrũ, dicens: Abi poſt me ſatana: quoniã
non ſapis quæ dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ. Et cũ ad ſe vocaſ-
ſet turbã vna cũ diſcipulis ſuis, dixit illis: Quicũq; vult ſequi me,
abneget ſemetipſum & tollat crucẽ ſuã, ac ſequat̃ me. Nam quiſ-
quis voluerit animã ſuã ſeruare, perdet eã: Quiſquis aũt perdide-
rit animã ſuã cauſa mea & euangelij, hic ſeruabit eã. Quid enim
profuerit hoi, ſi lucratus fuerit mundũ totũ, & animæ ſuæ iactu-
ram fecerit? Aut quid daturus eſt homo, quo repenſet animam
ſuã? Quẽcunq; em̃ puduerit mei ac meorum ſermonũ in genera-
tione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium hois, vbi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

## ¶CAPVT. IX.

T dicebat illis: Amē dico vobis: Sunt quidā inter eos qui hic ſtant, qui non guſtabunt mortem, donec viderint regnū dei veniſſe cū virtute. Ac poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrū & Iacobū ac Ioannē, & ſubducit eos in montem excelſum ſeorſim ſolos, & trāſformatus fuit corā illis, & veſtimēta illius facta ſunt ſplendida, & candida valde veluti nix, q̄ candida facere non poteſt fullo ſuper terrā. & conſpectus eſt illis Helias cū Moſe, colloquebanturq; cū Ieſu. Et reſpōdens Petrus, dicit Ieſu, Rabbi. Bonum eſt nos hic eſſe, & faciamus tabernacula tria, tibi vnum, & Moſi vnum, & Heliæ vnum. Non eñ nouerat quid loqueret̄. erant eñ expauefacti. Et facta eſt nubes, quæ obūbrauit illos. Et venit vox e nube, dicēs: hic eſt filius meus dilect⁹, ipſum audite. Et repēte, cū circūſpexiſſent, nō ampli⁹ viderūt quēq̄ ſed ſolum Ieſum eſſe ſecum. Porro cum deſcenderent de monte, præcepit illis, ne cui dicerent ea quæ viderant, niſi cū filius hoīs a mortuis reſurrexiſſet. Ac verbū hoc tenuerūt apud ſeſe, inter ſe diſputātes, q̄d eſſet hoc q̄d dixerat, e mortuis reſurgere, & interrogabāt illū dicētes: Quid eſt q̄d ſcribę dicūt, Heliā oportere venire prius? Ille v̄o reſpondēs, dixit illis: Helias quidē vbi venerit prius, reſtituit oīa: & quēadmodū ſcriptū eſt de filio homīs, vt multa patiat̄, & cōtēnat̄. Verū dico vob;: Heliā veniſſe & fecerūt illi quæcūq; voluerūt, ſicut ſcriptū erat de illo. Et cū veniſſet ad diſcip̄los ſuos, vidit turbā multā circū illos, & phariſæos diſceptātes cum

illis. Et protinus vniuerſa turba cum vidiſſet eũ obſtupuerit, &
accurrentes ſalutauerũt eũ. Et interrogauit ſcribas: Quid diſcep-
tatis cum illis? Et reſpondens vnus e turba dixit: Præceptor, ad-
duxi filiũ meũ ad te, habentem ſpiritum mutũ, & quandocunq;
eũ corripuerit, lacerat eum: atq; ille ſpumat, ac ſtridit dentibus
ſuis, & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerent, & non potue-
runt. At ille reſpõdens ei, dicit: O natio incredula, quouſq; apud
vos ero? quouſq; patiar vos? Adducite illum ad me. Et adduxe-
runt illum ad eũ. At viſo illo, cõtinuo ſpiritus diſcerpebat eũ. Et
prolapſus in terra voluebat̃ ſpumans. Et interrogauit patrẽ illi-
us: Quantum tpis eſt, quod hoc accidit ei? At ille dixit, a puero.
Et frequenter illũ & in ignẽ abiecit, & in aquas, quo perderet eũ.
Age ſi qd potes, ſubueni nob; miſert9 noſtri. Ieſ9 aũt dixit illi: Il-
lud ſi potes, credere, oĩa poſſibilia credẽti. E cõfeſtim exclamans
pater pueri cũ lachrymis dixit: Credo dñe, ſuccurre incredulita-
ti meæ. Cum vidiſſet aũt Ieſus, qđ turba ſimul accurreret, incre-
pauit ſpiritũ immũdũ, dicens illi: Spiritus mute, & ſurde, ego ti-
bi impero, exi ab eo, & ne poſthac ingrediaris in illum. Et cũ cla-
maſſet ſpũs, multũq; diſcerpſiſſet eũ, exiuit: & fact9 eſt tanq̃ mor-
tuus, adeo vt multi dicerẽt, mortuus eſt. At Ieſus correpta manu
illi9, erexit eũ, & ille ſurrexit. Et cũ eſſet ingreſſus domũ, diſcipli
illi9 interrogabãt eũ ſeorſim: Cur nos nõ quiuimus eijcere illũ?
Et dixit illis: Hoc gen9 nulla re põt exire, niſi p orationẽ & ieiuni
um. Et illinc digreſſi, iter fecerũt p Galileã, nec volebat, vt quiſ-
quã ſciret; docebat em̃ diſciplos ſuos, & dicebat illis: Filius hoĩs

tradit̃ in manus hoĩm, & occident eũ, & occiſus, tertio die reſur-
get. At illi ignorabant q̊d dixerat, & timebãt eũ interrogare. Et
venit Capernaũ. Et cũ veniſſet in domũ, interrogauit illos, q̄d in
itinere inter vos diſputabatis? At illi ſiluerunt. Nã inter ſe diſpu-
tauerãt inter viã, q̄s eſſet maior. Et cũ conſediſſet, accerſiuit duo-
decim, & dicit illis: Si q̄s vult primus eſſe, is erit oĩm poſtrem⁹, &
oĩm miniſter. Atq; arreptũ puerũ ſtatuit in medio illorũ, & cũ ce
piſſet illũ in vlnas ſuas, dixit illis: Quiſquis vnũ ex talib⁹ pueris
receperit noĩe meo, me recipit: & quicunq; me recipit, nõ me re-
cipit, ſed eũ q̄ miſit me. Reſpõdit aũt ei Ioannes, dicens: Præcep
tor, vidimus quẽdã noĩe tuo eijcere dæmonia, nec ſequit̃ nos, &
ꝓhibuim⁹ illũ, ꝓpterea q̊d nõ ſequit̃ nos. At Ieſ⁹ ait, ne ꝓhibeat;
illũ. Nullus em̃ eſt, qui ſi fecerit virtutẽ per nomẽ meũ, poſſit ci
to male loqui de me. Qui em̃ nõ eſt aduerſus nos, pro nobis eſt.
Quiſquis em̃ ad bibendũ dederit vobis calicẽ aquæ nomĩe meo,
quod ſitis Chriſti, amen dico vobis, nequaq̃ perditurus eſt mer-
cedem ſuam. Et quiſquis offenderit vnum ex puſillis, qui confi-
dunt in me, melius foret illi, ſi circundaretur ſaxum molare cir-
ca ceruicẽ eius, & abijceretur in mare. Et ſi tibi fuerit obſtaculo
manus tua, amputa illam. Bonũ eſt tibi, mutilũ ad vitam ingre-
di, potius q̃ duas manus habentẽ abire in gehennã, in ignẽ inex-
tinguibilẽ, vbi vermis illorũ nõ morit̃, & ignis non extinguitur.
Et ſi pes tuus fuerit tibi obſtaculo, amputa illũ. Bonum eſt vt in
grediaris ad vitam claudus, potius q̃ duos pedes habẽs mittaris
in gehennã, in ignẽ inextinguibilem, vbi vermis illorũ non mo-


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

titur, & ignis non extinguit. Et ſi oculos tuus tibi obſtaculo eſt,
erue illū. Bonū eſt tibi, vt luſcus introeas in regnum dei, potius q̃
vt duos oculos habens mittaris in gehennā ignis. vbi vermis eo-
rum non moritur, & ignis non extinguit. Nam omnis homo ig-
ne ſalietur, & omnis victima ſale ſalietur. Bona res eſt ſal. cæterū
ſi ſal inſulſus fuerit, per quid ipſum condietis? Habete in vobiſ-
ipſis ſalem, & pacem habete inter vos inuicem.

## ¶CAPVT. X.

T cū inde ſurrexiſſet, venit in fines Iudææ per regio-
e nem quæ eſt vltra Iordanem. & conueniunt rurſum
turbæ ad illū, & ſicut cōſueuerat rurſum docebat eas.
Et adeuntes phariſæi interrogabant illū: Licet ne viro vxorē re-
pudiare? tentantes illū. At ille reſpondens, dixit illis: Quid vobis
præcepit Moſes? At illi dixerunt: Moſes permiſit libellū repu-
dij ſcribere, ac dimittere. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Ad duri-
ciā cordis veſtri ſcripſit vobis præceptū iſtud. cæterum ab initio
creationis maſculū & fœminā fecit illos deus. Propter hoc relin-
quet homo patrē ſuum & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & fient
duo caro vna. Itaq; nō iam ſunt duo, ſed vna caro. Quod igit̄ deus
copulauit, hō ne ſeparet. Et in domo rurſum diſcipuli illius eadē
de re interrogauerunt illū, & dicit illis: Quicunq; repudiauerit
vxorē ſuā, & duxerit aliā, adulteriū cōmittit aduerſus illam. Et ſi
mulier repudiauerit virū ſuū, & nupſerit alteri, adulteriū cōmit-
tit. Et attulerunt ad illū puellos vt tangeret illos: Diſcipuli vero
increpabāt eos qui adducebāt. Cū vidiſſet aūt Ieſus indignatus

eſt,& dixit illis: Sinite puellos venire ad me, ne ꝓhibete illos. ta-
liũ em̃ eſt regnũ dei. Amẽ dico vobis: Quicũq; nõ accepit regnũ
dei tanq̃ puellus, haud quaq̃ ingredieť in illud. Et cũ cepiſſet il-
los in vlnas, impoſitis manibus ſuꝑ illos, bñdixit eis, Et cũ exiret
in viã, accurrit qdẽ ac genua flexit illi, & interrogabat eũ: Pręcep
tor bone, qd faciã, vt vitã æternã poſſideam? Ieſus aũt dixit illi:
Cur me dicis bonũ? Nemo bon⁹, niſi vn⁹, nempe deus. Præcepta
noſti. Ne cõmittas adulteriũ, ne occidas, ne fureris, ne falſũ teſti-
moniũ dicas, ne fraudes, honora patrem tuũ & matrẽ. At ille re-
ſpondẽs dixit illi: Præceptor, hæc oĩa ſeruaui ab adoleſcẽtia mea,
Ieſus aũt intuit⁹ illũ, dilexit eũ: & dixit illi: Vnum tibi deeſt: Abi,
quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in
cœlo, & veni ſequere me, ſublata in humeros cruce. At ille mo-
leſtia affect⁹ ꝓpť ſermonẽ, diſcedebat mœrẽs. habebat em̃ poſſeſ-
ſiões multas. Et cũ circũſpexiſſet Ieſus, dicit diſcipl'is ſuis: Quã
difficulter ij q̃ pecunias hñt, in regnũ dei intrabũt. Diſcipl'i vero
obſtupuerũt ſuꝑ v̓bis illi⁹. At Ieſus rurſũ reſpõdẽs, dicit illis: Fi-
lij, q̃ difficile eſt eos, q fiduciã hñt in pecunijs, regnũ dei ingredi.
Facili⁹ eſt camelũ ꝑ foramẽ acus ingredi, q̃ diuitẽ in regnũ dei in
gredi. Illi vero ſupra modũ admirati ſunt, dicentes intra ſeſe: Et
q̃s põt eſſe ſalu⁹? Intuit⁹ aũt Ieſus illos, dicit: Apud hoĩes impoſ-
ſibile ẽ, nõ apud deũ: nã oĩa poſſibilia ſunt ap d̓ deũ. Et cœpit Pe-
tr⁹ dicere illi: Ecce reliquim⁹ oĩa, & ſecuti ſnm⁹ te. Reſpõdẽs aũt
Ieſus dixit: Amẽ dico vobis: Nullus eſt q reliquit domũ, aut frẽs,
aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut

agros mea cauſa & euangelij, quin recipiat centupla nunc in tpe
hoc, domus, & fratres, & ſorores, & matres, & liberos, & agros
cũ pſecutionib⁹, ac in ſęculo vẽturo vitã ęternã. Multi aũt primi,
erũt poſtremi, & poſtremi, primi. Erãt aũt i via aſcẽdẽtes Hiero-
ſolyma, & p̃cedebat illos Ieſus, erãtq; pauefacti, & ſequẽtes time-
bãt. Et aſſumptis Ieſus rurſum duodeci, cœpit illis dicere, quę ſi
bi euentura eſſent. Ecce aſcendimus Hieroſolyma, & filius hois
tradet̃ principibus ſacerdotũ & ſcribis, & condẽnabunt eum ad
mortẽ, & tradent illũ gentibus, & illudent illi, & flagellabũt eum,
& inſpuent in illũ, & occident eũ, & tertia die reſurget. Et acce-
dunt ad eũ Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Præcep-
tor, volumus vt quicquid pecierim⁹, facias nobis. Ille vero dixit
eis: Quid me vultis facere vobis? Illi vero dixerunt ei: Da nobis,
vt vnus tibi a dextris, & alter tibi a ſiniſtris ſedeam⁹ in gloria tua
Ieſus aũt dixit illis: Neſcitis qd petatꝫ. poteſtis bibere poculũ, qđ
ego bibo? & baptiſmate q̊ ego baptizor, baptizari? At illi dixe-
runt ei: poſſumus. Ieſus autẽ dixit illis: Poculum quidem quod
ego bibo, bibetis: & baptiſmate quo ego baptizor, baptizabimi
ni. Cæterum ſedere mihi a dextris ac ſiniſtris, non eſt meum da-
re, ſed ijs continget quibus paratum eſt. Et cum audiſſent decem
cœperunt in dignari de Iacobo & Ioanne. Ieſus autem cum vo-
caſſet eos ad ſe dicit illis: Scitis quod qui videntur imperare gen
tibus, dominium exercent aduerſus illas, Et qui magnates ſunt
inter eas, poteſtatemq; exercent in illas. Verum non ſic erit inter
vos, ſed quicunq; voluerit ex vobis fieri magnus inter vos, erit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

miniſter veſter. Et quicunq; voluerit ex vobis eſſe primus erit
omniũ ſeru⁹. Nã & filius hominis nõ venit vt ſibi miniſtraretur,
ſed vt ipſe miniſtraret, ac daret animã ſuã redemptionẽ pro mul-
tis. Et veniunt Hiericho, cũq; egrederetur ab vrbe Hiericho, ac
diſcipuli illius & turba copioſa: filius Timęi Bartimęus cæcus
ſedebat iuxta viã mẽdicans. Et cũ audiſſet quod Ieſus Nazaren⁹
eſſet, cœpit clamare & dicere Fili Dauid Ieſu, miſerere mei. Et
increpabant illũ multi, vt taceret. At ille multo magis clamabat:
Fili Dauid, miſerere mei. Et ſtetit Ieſus ac iuſſit illũ vocari, & vo-
cant cæcũ, dicentes illi: Bono animo eſto, ſurge, vocat te. Ille ve-
ro abiecto pallio ſuo, ſurrexit & venit ad Ieſum. Et reſpondens
dicit illi Ieſus: Quid vis faciam tibi? Cæcus aũt dixit ei: Raboni,
vt viſum recipiam. Ieſus aũt dixit illi: Abi fides tua saluũ te red-
didit, ac protinus recepit viſum, & ſequebatur Ieſum in via.

## ¶CAPVT. XI.

T cum appropinquant Hieroſolymis ad Betphage
& Bethaniã iuxta montẽ oliuarũ, emitit duos e diſ-
cipulis ſuis, & dicit illis: Abite in vicũ qui contra vos
eſt, & ſtatim ingredientes in illũ, inuenietis pullũ alligatũ, ſupra
quem nullus hoĩm ſedit: Soluite eũ & adducite. Et ſi quis vobis
dixerit: Cur facitis hoc? Dicite, qđ dñs eo opus habet. & conti-
nuo illũ mittet huc. Abierũt aũt, & inuenerũt pullũ alligatũ iuxta
ianuã foris in biuio, & ſoluũt illũ. Et nõnulli eorũ q̃ illic ſtabant,
dicebãt illis: Quid facitis ſoluẽtes pullũ? At illi dixerũt eis, quẽad
modũ p̃ceperat Ieſus, & ſinebãt illos. Et adduxerũt pullũ ad Ieſũ

& iniecerūt illi veſtimēta ſua, ſeditꝙ ſuꝑ illū. Multi vero veſtimē/
ta ſua ſternebāt in viā. Aliȷ vero frōdes incidebāt ex arboribus, &
ſternebāt in viā. Et ꝗ p̄cedebāt. quiꝙ ſeq̄banť clamabāt dicentes.
Hos anna: benedict⁹ qui venit in noie dn̄i. Benedictū quod venit
regnū in nomie dn̄i patris noſtri Dauid, hos anna in altiſſimis.
Et ingreſſos eſt Hieroſolyma dn̄s & in templū. Et cū circūſpex/
iſſet oia, iamꝙ tēpus eſſet veſpertinū, egreſſus eſt Bethaniā cum
duodecim, & poſtero die cū exiſſent Bethania, eſuriȷt: cunꝙ vi/
diſſet arborē fici procul, habentē folia, veniebat ſi videlicet inuē/
tur⁹ eſſet aliq̄d in illa: & cū veniſſet ad illā, nihil inuenit niſi folia.
Non em̄ erat tēpus ficorum. Et reſpondens Ieſus dixit ficui: Ne
poſthac ex te in æternū quiſquā fructū edat. Et audiebant diſci/
puli illius, veniūtꝙ Hieroſolyma. Et ingreſſus Ieſus in templū.
cœpit eiȷcere eos, ꝗ vendebāt & emebant in tēplo. & menſas ar/
gentariorū, & ſellas vendentiū columbas ſubuertit, & non per/
miſit, vt quiſquā deportaret vas per tēplū, & docebat, dicēs illis:
Nonne ſcriptū eſt: Domus mea domus ꝑcationis vocabiť omib⁹
gentibus? Vos aūt feciſtis eā ſpeluncā latronū. Et audierūt ſcribę
principeſꝙ ſacerdotū, & quærebant quomodo illum eſſent per/
dituri. Timebant em̄ eū quod tota turba admirabať doctrinam
illius. Et cū veſpera iam eſſet, egreſſus eſt Ieſus e ciuitate, & ma/
ne prætereuntes, viderunt ficum exaruiſſe radicitus, & recordat⁹
Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa quā execratus es, exaruit.
Et reſpondens Ieſus, dicit illis: Confidite deo. Amen dico vobis,
quod quicunꝙ dixerit monti huic: Tollaris ac mittaris in mare,

& non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, fore quæ dixerit,
erit illi quicquid dixerit. Propterea dico vobis, quæcunq; oran-
tes petitis, credite, q̃d accipitis, & erũt vobis. Et cũ ſteteritis orã-
tes, remittite ſi quid habetis aduerſus aliquẽ, vt & pater veſter, q
in cœlis eſt, remittat vobis delicta veſtra. Et veniunt rurſum Hie-
roſolymã, & cũ ambularet in tẽplo, veniũt ad illum principes ſa-
cerdotum & ſcribæ & ſeniores, & dicunt illi: Qua auctoritate hęc
facis, & quis tibi dedit auctoritatem iſtam, vt iſta facias? Ieſus
autẽ reſpondens, dixit illis: Quæram a vobis & ipſe quiddam,
& reſpondete mihi, & dicã vobis qua auctoritate hæc faciã. Bap-
tiſmus Ioannis vtrum e cœlo erat, an ex hominibus? Reſponde-
te mihi. Et cogitabant apud ſe, dicentes: Si dixerimus, e cœlo, di-
cet: Cur igitur nõ credidiſtis illi? At ſi dixiſſent, ex hoĩbus, time-
bant populũ. Omnes eñ habebant Ioannem, quod vere ꝓpheta
fuiſſet. Et Reſpondentes, dicunt Ieſu: Neſcimus. Et Ieſus reſpõ-
dens dicit illis: Nec ego dicã vobis, qua auctoritate hæc faciam.

## ¶CAPVT. XII.

E T cœpit illis per parabolas loqui. Vineam plantauit homo, & circumdederat ſepem, & foderat lacum, & ædificauerat turrim, & elocauerat eam agricolis, & peregre profectus eſt, & miſit ad agricolas cũ opportunũ eſſet ſeruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. At illi arreptũ illum ceciderunt, ac remiſerunt vacuum. Et rurſum miſit ad illos alium ſeruum, & illi coniectis in eum ſaxis comminuerunt caput & remiſerunt contumelijs affectum. Et rurſum alium

miſit, & illũ occiderunt: multoſq; alios, hos quidẽ cedentes, illos
vero occidentes. Itaq; cũ vnũ adhuc haberet filiũ ſuũ dilectũ, mi-
ſit etiã illũ ad illos poſtremũ, dicens: Reuerebunt̃ filium meũ. Illi
vero agricolæ dicebant inter ſeſe: Hic eſt hęres, venite occidam⁹
eũ, & nr̃a erit hæreditas. Et arreptũ illũ occiderũt, & eiecerunt e
vinea. Quid igitur facturus eſt dñs vineæ? veniet & perdet agri-
colas, & dabit vineã alijs. An ne hanc q̃dẽ ſcripturã legiſtis? La-
pidem quẽ reprobauerunt ij qui edificabant, hic factus eſt caput
anguli, a dño factũ eſt hoc, & eſt admirabile in oculis noſtris. Et
querebãt eũ cõprehendere, & metuebant turbã. ſciebant em̃, q̊d
aduerſus ipſos parabolã dixiſſet. Et relicto illo abierunt, ac mit-
tũt ad illũ quoſdã e phariſæis & Herodianis, vt eũ captarent ſer-
mone. Illi vero cũ veniſſent, dicũt ei: Pręceptor, ſcimus quod ve-
rax es, & nõ curas quenq̃: non em̃ reſpicis perſonã hominũ, ſed
cũ veritate viã dei doces. Licet cenſum Cæſari dare an non? de-
mus an non demus? Ille vero ſciens illorũ ſimulationẽ, dixit illis:
Quid me tẽtatis? Afferte mihi denariũ. vt videã. Illi vero attule-
runt. Et dicit eis: Cui⁹ eſt imago hæc & inſcriptio? Illi vero dixe-
runt ei: Cæſaris. Et reſpondens Ieſus, dixit illis: Reddite quæ
ſunt cæſaris cæſari, & quæ dei ſunt deo. Et admirati fũt de eo. Et
veniunt Sadducæi ad illũ, qui dicũt, nõ eſſe reſurrectionẽ: inter-
rogauerunt q; eũ, dicentes: Præceptor, Moſes ſcripſit nobis, ſi cu-
ius frater moriat̃, ac relinquat vxorẽ, & liberos non relinquat, vt
accipiat frater eius vxorẽ illius, & ſuſcitet ſemẽ fratri ſuo. Septẽ
fratres fuerunt, ac primus accepit vxorẽ, iſq; moriens non reli-

quit ſemẽ. & ſecundus accepit illã, ac mortuus eſt: & nec ipſe re-
liquit ſemen, & tertius ſiſr̃iter, & acceperũt eã ſeptẽ, nec relique-
rũt ſemẽ. Poſtrema vero omniũ mortua eſt & vxor. In reſurrecti-
one igiẽ, cum reſurrexerint, cuius illorũ erit vxor? Nã ſeptẽ ha-
buerũt eã vxorẽ. Et reſpondẽs Ieſus, dixit eis: An nõ ꝓpterea er-
ratis, q̃d neſciatis ſcripturas, neq; virtutẽ dei? Cum em̃ a mortu-
is reſurrexerint, neq; cõtrahũt matrimoniũ, neq; nuptũ danẽ, ſed
ſũt velut angeli q in cœlis ſũt. Cęterũ de mortuis, qd' reſuſcitanẽ,
nõ legiſtis in libro Moſi, quomõ in rubo locut⁹ ſit illi deus, dicẽs
Ego ille deus Abraham, & deus Iſaac, & de⁹ Iacob. Non eſt deus
mortuorũ, ſed de⁹ viuentiũ. Vos igiẽ multũ erratis. Et cũ acceſ-
ſiſſet qdã e ſcribis, et audiſſet eos ſiml' diſputãtes, videretq; qd' bñ
reſpõdiſſʒ eis, iterrogauit illũ: Qd' eſt primũ oim̃ p̃ceptorũ? Ieſus
aũt reſpõdit illi: Primũ oim̃ p̃ceptũ eſt: Audi Iſrael. Dñs de⁹ noſ-
ter, dñs vnus eſt. Et diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis.
Hoc eſt primũ præceptũ. Et ſecundũ ſiẽ hoc eſt: Diliges proxi-
mũ tuũ, vt teipſum. Maius his aliud præceptũ nõ eſt. Et dixit il-
li ſcriba: Bñ præceptor cũ veritate dixiſti, quod vnus ſit deus, &
non ſit alius præter illũ. quodq; diligere eũ ex toto corde, & ex
tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus, ac diligere
proximũ vt ſeipſũ, pl⁹ ſit quã vniuerſa holocautomata & victi-
mæ. At Ieſ⁹ cũ videret q̃d cordate reſpõdiſſet, dixit illi: Haud lon-
ge abes a regno dei. Et nemo poſt illa audebat illum interrogare.
Et reſpõdẽs Ieſus dicebat, docens in tẽplo: Quomodo dicũt ſcri-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bæ. Chriſtũ eſſe filiũ Dauid? nã ipſe Dauid dixit afflatus ſpiritu
ſancto: Dixit dñs dño meo, ſede a dextris mihi. Donec poſuero
inimicos tuos, ſcabellũ pedũ tuorũ. Ipſe ergo Dauid vocat eum
dñm, & vnde fili⁹ eius eſt? Et pleraq; turba audiebat illũ libenter.
Et dicebat illis in doctrina ſua: Cauete a ſcribis, qui amant inſu-
lati obambulare, & amant ſalutationes in foris, primaſq; ſellas in
cõgregationib⁹, & primos accubitus in cœnis, q deuorãt domos
viduarũ, & ſub prætextu longas faciunt preces, iſti accipiẽt gra-
uiorẽ damnationẽ. Et cũ ſederet Ieſus ex aduerſo gazophylacij,
ſpectabat, quomodo turba mitteret æs in gazophylaciũ. Et mul-
ti diuites mittebant multa. Et venit quædã vidua paup, miſitq;
minuta duo q̃d eſt quadrãs. Vocatiſq; ad ſe diſcipulis ſuis, dicit
illis: Amẽ dico vobis, q̃d vidua hæc paup plus miſit, quã oẽs qui
miſerũt in gazophylaciũ. Nã oẽs eo qđ ipſis ſupererat, miſerũt.
At hęc e penuria ſua oĩa quęcunq; habebat miſit, totã ſubſtantiã
(ſuam.

## ¶CAPVT. XIII.

Et cũ exiret e tẽplo, dicit illi qdã e diſcipl'is illi⁹: Precep
tor, vide q̃les lapides, & q̃les ſubſtructiões. Et Ieſus re-
ſpondẽs, ait illi: Vides has magnas ſubſtructiões? Nõ relinquet
lapis ſuper lapidẽ, qui non diruat. Et cũ ſederet in monte oliuaꝝ
e regione tẽpli, interrogabant illũ ſecreto Petr⁹ & Iacobus & Io-
annes, & Andreas. Dic nobis quando hæc erunt? & quod ſig-
nũ eſt, quando hæc omĩa ſint conſumanda? At Ieſus reſpondens
illis, cœpit dicere: Videte ne quis vos fallat. Multi enim venient
in nomine meo dicẽtes; Ego ſum Chriſtus, multoſq; decipient.

Cū aūt audieritis bella & rumores bellorū,ne turbemini,oportet
em̄ fieri, at nondū finis. Inſurget em̄ gens aduerſus gentē, & reg
nū aduerſus regnū. Et erunt terræmotus in ſingulis locis,& erūt
fames ac turbationes. Initia dolorum hæc. Sed cauete vos vobis.
Tradēt em̄ vos in cōcilia & in ſynagogas, cædemini,& ſub præſi
dibus ac regibus ducemini ꝓpter me in teſtimoniū illis. Et apud
oēs gentes oportet prius prædicari euangeliū. Cū aūt duxerint
vos tradentes, ne præcogitetis quid dicturi ſitis, neq; meditemi-
ni,ſed quicq̄d datū fuerit vobis in illa hora hoc loquamini. Non
em̄ eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus ſanctus. Traditurus eſt
aūt frater fratrē in mortē,& pater filiū, & inſurgent filij aduerſus
parētes,ac morte afficient eos. Et eritis odio habiti ab oībus ꝓp-
ter nomē meū. Sed qui perſeuerauerit vſq; ad finē, hic ſaluꝰ erit.
Porro cū videritis abominationē deſolationis, de qua dictū eſt a
Daniele ꝓpheta, ſtantē vbi non oportet, vt qui legerit,intelligat,
tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes. Qui vero fuerit in
tecto, ne deſcēdat in domū: nec ingrediat̄, vt quicquā tollat e do-
mo ſua. Et q̄ fuerit in agro, ne reuertat̄ ad ea quę reliquit a tergo,
ad tollendū palliū ſuū. Væ aūt pregnantibꝰ & lactantibus in illis
diebus. Sed orate,ne fiat fuga veſtra hyeme. Erunt enim dies illi
talis afflictio,qualis nō fuit a primordio rerū conditarū,quas cō
didit deus, vſq; ad hoc tēpus, nec futura eſt. Et niſi dn̄s abbreui-
aſſet dies, haud quaq̄ ſalua fuiſſet vniuerſa caro. Sed ꝓpter elec-
tos quos elegit,abbreuiauit dies. Ac tum,ſi q̄s vobꝫ dixerit: Ecce
hic Chriſtus, ecce illic, ne credatis. Exorientur pſeudochriſti,&

pſeudoprohetę, & edent ſigna ac prodigia, ad decipiendũ, ſi fieri poſſit, etiam electos. Vos aũt cauete, ecce prædixi vobis oĩa. Cæterũ in illis diebus poſt afflictionẽ illam ſol obtenebrabiť, & luna nõ dabit ſplendorẽ ſuũ: & ſtellæ cœli decident, & virtutes quę in cœlis ſunt, concutienť. Et tunc videbunt filiũ hoĩs venientem in nubibus, cũ poteſtate multa & gloria. Et tunc mittet angelos ſuos, & aggregabit electos ſuos a quatuor ventis, a ſummo terræ vſq; ad ſummũ cœli. A ficu vero diſcite ſimilitudinẽ. Cũ ramus eius iam tener fuerit, ꝑduxeritq; folia, ſcitis, qđ prope ſit æſtas. Sic & vos cũ hæc videritis fieri, ſcitote, quod prope ſit in foribꝰ. Amen dico vobis, quod nõ præteribit generatio hęc, donec oĩa hæc facta fuerint. Cœlũ & terra præteribunt, ſed verba mea non præteribunt. Cęterũ de die illo ac tpe, nemo nouit, ne angeli qui dẽ q in cœlo ſunt, nec ipſe filius, ſed ſolus pater. Cauete, vigilate & orate, neſcitis eñ qñ tps ſit. Sicut homo q peregre agit relicta domo ſua, deditq; ſeruis ſuis ſubſtantiã ſuã, ac ſuũ cuiq; opus, & ianitori mãdauit vt vigilaret. Vigilate igitur, neſcitis eñ, qñ dñs domus vẽturus ſit ſero an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo: ne ſi venerit repente, offendat vos dormiẽtes. Cęterũ quæ dico vobis, omnibus dico, vigilate.

## ¶CAPVT. XIIII.

e Rat aũt paſcha, & azymorum dies futuri poſt biduum. Et quærebant ſummi ſacerdotes & ſcribe, quomodo eum per dolũ cõprehenſum occiderent. Dicebant autem: Non in die feſto, ne tumultus fiat populi: Et cũ eſſet

Bethaniæ in domo Simonis leproſi, accũbente eo venit mulier
habens alabaſtrũ vnguẽti nardi piſticæ p̃cioſę, & cõminuto ala-
baſtro effudit illi in caput. Erãt aũt qdã, q indignarent̃ apd' ſeſe,
ac dicerent: Ad quid perditio hæc vnguenti? nã poterat hoc ven-
di pluris quã trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et infremue
runt aduerſus illã. At Ieſus dixit: ſinite illã, cur illi moleſti eſtis?
bonũ opus operata eſt erga me. Sẽper em̃ pauperes habetis vo-
biſcũ: & quandocũq; volueritis, poteſtis illis benefacere, me ve-
ro nõ ſemper habetis, quod potuit, hæc fecit: præuenit, vt vnge-
ret meũ corpus ad ſepulturã. Amen dico vobis: Vbicunq; præ-
dicatũ fuerit euangeliũ hoc in totum mundũ, etiã hoc quod fecit
hæc, dicet̃ in memoriã iſtius. Et Iudas Iſcariotes, vnus e duode-
cim, abijt ad ſummos ſacerdotes, vt traderet eum illis. Quo audi-
to, illi gauiſi ſunt, & polliciti ſunt ei pecuniã ſe daturos. Et quæ
rebat, quõ opportune illũ traderet. Ac primo die azymorũ, cum
paſcha immolarent, dicunt illi diſcipuli ſui: Vbi vis vt abeam⁹ &
parem⁹, vt ædas paſcha? Et emittit duos e diſcipulis ſuis, & dicit
illis: Ite in ciuitatẽ, & occurret vobis homo hydriam aquæ baiu-
lans, ſequimini illũ: & quocũq; ingreſſus fuerit, dicite patrifami
lias, magiſter dicit: Vbi eſt diuerſoriũ, vbi paſcha cum diſcipulis
meis edam? Et ille vobis oſtẽdet tricliniũ magnũ, ſtratũ, paratũ,
illic parate nobis. Et exierunt diſcipuli eius, & venerunt in ciui-
tatẽ, & repererũt quẽadmodũ dixerat illis. parauerunt q; paſcha.
Et cũ veſpera iam eſſet, venit cum duodecim. Et cum accũberent
ederentq;, dixit Ieſus: Amen dico vobis: Vnus ex vobis prodi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

turus eſt me, qui edit mecū. At illi cœperunt eſſe mœſti, ac dice-
re illi ſingulatim: Nū ego? Et alius, nū ego? Ille vero reſpondens,
dixit illis: Vnus e duodecim qui intingit mecū in catinum. Filius
quidē hoīs vadit, ſicut ſcriptū eſt de illo: Sed væ hoī illi, ꝑ quē fi-
lius hoīs prodit. Bonum erat illi, ſi natus nō fuiſſet homo ille. Et
edentibus illis, ſumpto Ieſus pane, cū gratias egiſſet, fregit & de-
dit illis, ac dixit: Sumite, comedite, hoc eſt corpus meū. Et accep
to poculo, cū grās egiſſet, dedit illis, & biberūt ex eo oēs, & dixit
illis: Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti, q ꝓ multis effunditur.
Amē dico vobis, poſthac nō bibā de fructu vitis, vſq; ad diē illū,
cū illud bibero nouū in regno dei. Et cū hymnū dixiſſent, exierūt
in montē oliuarū. Et dicit illis Ieſus: Oēs offendiculū patiemini
per me in nocte hac, quia ſcriptū eſt: Percutiā paſtorē, & diſper-
gent oues. Sed poſteaqnā reſurrexero præcedā vos in Galilæā.
Petrꝰ aūt dixit illi: Etiā ſi oēs offendiculū paſſi fuerint, at nō ego.
Et dicit illi Ieſus: Amen dico tibi, ꝙd hodie in nocte hac, priuſq̄
bis gallꝰ cecinerit, ter abnegabis me. At ille vehementiꝰ dicebat:
Immo ſi me oportuerit cōmori tibi, nō te abnegabo. Siſr̄ter aūt
& oēs dicebant. Et veniūt in locū cuiꝰ nomē Gethſemani & dicit
diſcipulis ſuis: Sedete hic, donec digreſſus orauero. Et aſſumit
Petrū, & Iacobū, & Ioannē ſecum, cœpitq; expaueſcere & angi.
Et dixit illis: Dolore afficit aīa mea vſq; ad mortē, manete hic &
vigilate. Et progreſſus paululū proſtratus eſt in terram & orauit,
vt ſi poſſibile eſſet, tranſiret a ſe hora, & dicebat: Abba pater, oīa
poſſibilia ſunt tibi, aufer poculū a me hoc. Veruntamē nō quid

ego velim, ſed q̄d tu. Et venit, & offendit eos dormientes, dicitq́ꝫ Petro: Simon dormis? non potuiſti vnā horā vigilare? Vigilate, & orate, ne veniatis in tentationē. Spiritus quidē promptus, at caro infirma. Et rurſum digreſſus orabat, & eundē dixit ſermonē. Et reuerſus offendit illos rurſum dormientes, erant em̄ oculi eorū grauati: neq́ꝫ ſciebant quid illi reſponderēt. Et venit tertio, dicitq́ꝫ illis: Dormite poſthac & requieſcite. Sufficit. Venit hora ecce tradit̄ filius hoīs in manus peccatorū. Surgite eamus. Ecce qui ꝓdit me, appropinquat. Et continuo adhuc eo loquente accedit Iudas, qui erat vnus e duodecim, & cū illo turba multa cum gladijs & fuſtibus a ſummis ſacerdotibus & ſcribis & ſeniorib⁹ Dederat aūt is qui prodebat eū, cōmune ſignū illis, dicens: Quēcunq́ꝫ oſculatus fuero, is eſt, cōprehendite illū, & abducite caute. Et cū veniſſet, protinus accedit ad illū, dicitq́ꝫ ei: Rabbi rabbi, ac deoſculatus eſt eū. Illi vero iniecerunt in illū manus ſuas, & comprehenderunt eum. Vnus autem quiſpiam aſtantium educto gladio percuſſit ſeruum ſummi ſacerdotis, & amputauit eius auriculam. Et reſpondens Ieſus dixit illis: Tanquam ad latronem exiſtis cum gladijs ac fuſtibus ad comprehendēdum me, quotidie eram apud vos in templo docens, & non comprehendiſtis me, ſed iſta ſunt vt impleantur ſcripturæ. Et relicto illo om̄es fugerunt. Et vnuſquiſpiam adoleſcentulus ſequebatur illū circūamictus ſindone ſuper nudum, & cōprehendūt illū adoleſcentuli Ille vero relicta ſindone nudus effugit ab illis. Et abduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem. Et cōueniunt cū illo omnes ſum-

mi ſacerdotes & ſeniores & ſcribæ. Et Petrus eminus ſequebaẽ
illum donec veniſſet in atriũ ſummi ſacerdotis, & erat ſedens vna
cũ miniſtris, & calefiebat, ad lumen. Summi vo ſacerdotes & to/
tũ cõciliũ quærebãt aduerſus Ieſum teſtimoniũ, vt morti traderẽt
eũ, nec inueniebant. Nã mlti falſum teſtimoniũ dixerãt aduerſus
illũ, nec erãt ſatis idonea teſtimonia. Et qdã aſſurgebãt & falſum
teſtimoniũ ferebant aduerſus illũ, dicentes: Nos audiuim⁹ eũ di/
centẽ: Ego diruã tẽplũ hoc qđ eſt manib⁹ factũ, & tribus diebus
aliud ſine manib⁹ factũ extruã. Et ne ſic quidẽ ſatis idonea erant
teſtimonia illorũ. Et ſurgens ſumm⁹ ſacerdos in mediũ, interro/
gabat Ieſum dicens: Nõ rñdes quicq̃? Quid iſti aduerſũ te dicunt
teſtimonia? At ille tacebat, neq quicq̃ reſpondebat. Rurſum ſum
mus ſacerdos interrogauit, & dicit illi: Tu es ille Chriſtus filius
benedicti? Ieſus aũt dixit: Ego ſũ, & videbitis filiũ hoīs ſedentẽ a
dextris virtutis, & venientem in nubibus cœli. Sũmus aũt ſacer/
dos dilaceratis veſtibus ſuis dixit: Quid præterea opus habem⁹
teſtibus? Audiſtis blaphemiã. Quid vobis videẽ? Illi vero om̃es
cõdemnauerunt eũ eſſe reũ mortis. Et cœperũt quidã conſpue/
re in eũ, & obuelare faciem illius, & colaphis eũ cædere, & dicere
illi: Diuina. Ac miniſtri alapas illi impingebãt. Et cũ eſſet Petr⁹
in atrio inferius, venit vna ancillarũ ſummi ſacerdotis, cũq vidiſ/
ſet Petrũ calefacientẽ ſe, intuita illũ, dicit: Et tu cũ Nazareno Ieſu
fuiſti? At ille negauit, dicens: Non noui, neq ſcio quid dicas. Et
exiuit foras in veſtibulũ, & gallus cecinit. Et ancilla cũ vidiſſet eũ
rurſũ cœpit dicere his qui aſtabant, hic ex illis eſt. At ille rurſum

negabat, ac paulo poſt iterū, qui aſtabāt, dicebant Petro: Vere ex
illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua cōuenit. At ille cœpit
execrari ac deierare, nō noui hoīem iſtū de quo dicitis. Et iterum
gallus cecinit. Recordatuſq; eſt Petrus verbi quod dixerat illi Ie-
ſus: Priuſq̄ gallus cecinerit bis, abnegabis me ter, cœpitq; flere.

## ¶CAPVT. XV.

T cōfeſtim diluculo concilio inito ſummi ſacerdotes
e cum ſenioribus & ſcribis ac toto cōſeſſu vinctum Ie-
ſum abduxerunt, tradideruntq; Pilato. Et interroga-
uit eū Pilatus: Tu es ille rex Iudæorū? At ille reſpondēs, dixit illi:
Tu dicis. Et accuſabāt eū ſummi ſacerdotes de multis. Pilat⁹ aūt
rurſus interrogauit illū, dicens: Non reſpondes quicquā? ecce q̄
multa aduerſus te teſtanẽ? Ieſus aūt deinde nihil reſpondit, adeo
vt admirareẽ Pilatus. Cæterū in feſto dimittebat illis vnū vinctū:
quēcunq; poſtulaſſent. Erat aūt q dicebaẽ Barabbas, q cū ſeditio-
nis autorib⁹ fuerat vinctus, q per ſeditionē cædē patrauerant. Et
cū acclamaſſet turba, cœpit flagitare, vt faceret quēadmodū ſem-
per fecerat ipſis. Pilat⁹ aūt reſpōdit eis, dicens: Vultis dimittā vo-
bis regē illū Iudæorū? Sciebat em̄ qđ ꝓpter inuidiā tradidiſſent
illū ſummi ſacerdotes. Sūmi vero ſacerdotes cōcitauerūt turbā,
vt potius Barabbā dimitteret ipſis. Pilat⁹ aūt reſpōdens rurſū, ait
illis: Quid igiẽ vultis faciā ei, quē dicitis regē Iudæorum? At illi
rurſū clamauerẽt: Crucifige iſtū. Pilat⁹ aūt dicebat illis: Quid em̄
mali fecit? At illi vehementius clamauerūt: Crucifige eū. Pilatus
vero volens turbæ facere ſatis, dimiſit illis Barabbam, & tradidit

Ieſum flagellatũ, vt crucifigeret. Milites aũt abduxerunt eũ intro
in atriũ, q̊d eſt prætoriũ, & cõuocant totã cohortẽ, & induunt illũ
purpura, & circũponũt ei cõtextam ſpinis caronã, & cœperunt
ſalutare illũ: Aue rex Iudæorũ, & verberabãt illius caput arundi/
ne, & inſpuebãt in illũ, & poſitis genibus adorabant illũ. Et cum
illuſiſſent ei, exuerunt eũ purpura, & induerũt illũ veſtibus pro/
prijs, & educũt eũ, vt crucifigerent eũ. Et coegerunt prætereuntẽ
quẽdã Simonẽ Cyrenenſem, ꝗ veniebat ex agro, patrẽ Alexan/
dri & Rufi, vt tolleret crucẽ eiꝰ: Et ducũt eũ in Golgotha locum,
q̊d eſt, ſi interpræteris, caluariæ locus, & dederũt illi bibere myr/
rhatũ vinũ, ſed ille nõ ſumpſit. Cũq; crucifixiſſent eũ, partiti ſunt
veſtimenta eiꝰ, mittentes ſortẽ ſuꝑ illa, quis ꝗd tolleret. Erat aũt
hora tertia, & crucifixerũt eũ Et erat inſcriptio cauſę illiꝰ iſcripta
Rex Iudeorũ. Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnum a dextris,
& alterũ a ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura, quæ dicit: Et cũ
iniqs deputatꝰ eſt, & ꝗ p̃teribãt, cõuiciabant illi: mouẽtes capita
ſua, ac dicẽtes: Vę ꝗ demoliris tẽplũ, & i tribꝰ diebꝰ extruis, ſerua
teipſũ & deſcẽde de cruce. Silr & ſũmi ſacerdotes illudẽtes inter
ſeſe cũ ſcribis, dicebãt: Alios ſeruauit ſeipſũ ſeruare nõ põt. Chri
ſtus ille rex Iſrael deſcẽdat nũc de cruce, vt videamꝰ & credamus,
Et ꝗ crucifixi fuerant cũ illo, ꝓbra iaciebant in eũ. Cũ vero facta
eſſet hora ſexta, tenebræ ortæ ſunt ſuper totã terrã, vſq; ad horã
nonam. Et hora nona clamauit Ieſus voce magna, dicens: Eloi,
eloi, lama ſabachthani, q̊d eſt, ſi quis interp̃tet, deus meꝰ, deꝰ meꝰ,
cur me deſeruiſti? & quidã aſtantiũ cum audiſſent, dicebãt: Ecce

Heliā vocat. Accurrit aūt q̃dā, & impleta ſpōgia aceto, impoſi-
taq; harundini, porrexit illi potū, dicens: Sinite, videam⁹ an ven-
turus ſit Helias, ad deponendū eū. Ieſus aūt emiſſa voce magna,
expirauit. Et velū tēpli ſciſſum eſt in duas partes, a ſummo vſq;
ad imū. Cū vidiſſet aūt Centurio, qui aſtabat ex aduerſo illi, q̃d
ſic emiſſo clamore expiraſſet, dixit: Vere homo hic fili⁹ erat dei.
Erāt aūt & mulieres e longinquo ſpectantes, inter quas erat Ma-
ria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Ioſe mater, & Salome,
quæ etiā cū eſſet in Galilæa, ſecutæ fuerāt illū, & miniſtrauerant
ei, aliæq; cōplures quę ſimul aſcēderāt cū eo Hieroſolymā. Et cū
iā veniſſet veſpera, q̃m erat paraſceue, quæ præcedit ſabbatū, ve-
nit Ioſeph ortus ex ciuitate Arimathæa, honeſtus ſenator, qui &
ipſe erat exſpectās regnū dei, & ſumpta audacia, ingreſſus eſt ad
Pilatū, & petijt (ab eo) corpus Ieſu. Pilat⁹ aūt admirat⁹ eſt, ſi iam
mortuus eſſet, & accerſito ad ſe Centurione, interrogauit illū, an
iā dudū mortuus fuiſſet. Et re cognita ex cēturione, donauit cor-
pus ipſi Ioſeph. Et is mercat⁹ ſindonē, depoſitū eū inuoluit ſindo
ni, depoſuitq; in monumēto, q̃d erat exciſum e petra. Et aduoluit
lapidē ad oſtiū monumenti. At Maria Magdalene & Maria Ioſe
ſpectabant vbi poneretur.

## ¶CAPVT. XVI.

e T cū præteriſſet ſabbatū. Maria Magdalene, & Ma-
ria Iacobi, & Salome emerūt aromata, vt venirēt & vn-
gerēt eū. Et ſumō diluculo diei primi ſabbatorū, veni-
unt ad monumentū, exorto ſole. dicebātq; inter ſeſe: Quis reuol-
uet nobis lapidē ab oſtio monumēti? Et cū reſpexiſſent, vidēt la-

ꝓidē eſſe reuolutū, nā erat magnus valde. Et ingreſſæ in monu-
mentū, viderūt adoleſcentē ſedentē a dextris, amictū ſtola candi-
da, & expauerūt. At ille dicit eis: Ne expaueſcatis, Ieſum quęritis
Nazarenū, ꝗ fuit crucifixꝰ, ſurrexit nō eſt hic, ecce locꝰ, vbi poſu-
erāt illū. Sꝫ abite, dicite diſcipľis eiꝰ & Petro, qđ ille p̄cedit vos in
Galileā, illic eū videbitis, ſicut dixit vobis. Et abeūtes cito fugerūt
a monumēto Habebat eni illas tremor, & ſtupor, neqꝫ cuiq̄ q̄cq̄
dicebāt, timebāt eni. Cū ſurrexiſſet aūt Ieſus mane primo die ſab
bati, apparuit primū Marię magdalenę, de q̄ eiecerat ſeptē demōia
Illa ꝓfecta, renūciauit ĳs, ꝗ cū illo fuerāt lugētibus ac flentibꝰ. Et
illi cum audiſſent, qđ viueret, ac viſus eſſet ab illa, non crederūt-
Poſt hæc aūt duobus ex ipſis ambulantibus, apparuit in alia for-
ma euntibꝰ rus. Et illi abierunt, ac renūciauerūt reliquis, nec his il
li crediderunt. Poſtea diſcumbentibus illis vndecim apparuit: &
exprobrauit illis incredulitatē ſuā, & cordis duriciē, q̄d ĳs qui ſe
vidiſſent reſurrexiſſe, nō credidiſſent. Et dicebat eis: Ite in mun-
dū vniuerſum, & prædicate euangeliū oī creaturæ: Qui crediderit
& baptizatꝰ fuerit, ſalꝰ erit ꝗ vero nō crediderit, cōdēnabit. Por
ro ſigna eos ꝗ crediderint, hæc ſubſequent̄: Per nomē meū dęmo
nia eĳcient: linguis loquent̄ nouis: ſerpentes tollēt. Et ſi q̄d letale
biberint, nō nocebit eis. Sup̲ ægrotos manꝰ iponēt, & bn̄ habe-
būt Itaqꝫ dn̄s quidē poſtq̄ locutꝰ fuiſſet eis, receptꝰ ē in cœlū, et cō
ſedit a dextris dei. Illi vero egreſſi, prædicauerūt vbiqꝫ, domino
cooperante, & ſermonem confirmāte per ſigna ſubſequentia.

EVANGELII SECVNDVM
MARCVM. FINIS.

# VITA SANCTI LVCAE PER DIVVM HIERONIMVM.

LVcas medicus Antiochenſis, vt eius ſcripta indicāt, Græci ſermonis nō ignarꝰ fuit, ſectator apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes, ſcripſit euāgelium, de quo idem Paulus: Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in euangelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes. Salutat vos Lucas medicus chariſſimus. Et ad Thimotheū, Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoq; ædidit volumen egregium, quod titulo πραξεισ αποστολων prænotatur, cuius hiſtoria vſq; ad biennium Rhomæ commorantis Pauli pꝰuenit, id eſt, vſq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum eſſe cōpoſitum. Igitur περιολουσ Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulā, inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, vt indiuiduus comes apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertulianus vicinus eorum tempoꝝ, refert preſbyteꝝ quendā in Aſia σωουλαστην apoſtoli Pauli, conuictum apud Ioannem, quod autor eſſet libri & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob id excidiſſe quidā ſuſpicantur, quotieſcunq; in epiſtolis ſuis Paulus dicit iuxta euangelium, meum, de Lucæ ſignificare volumine. Et Lucam non ſolum ab apoſtolo Paulo didiciſſe euangelium, qui cum domino in carne non fuerat, ſed a cæteris apoſtolis, quod ipſe quoq; in principio ſui voluminis declarat, dicens: Sicut tradiderunt nobis, qui a principio ipſi viderūt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur euāgelium, ſicut audierat, ſcripſit, Acta vero apoſtolorū, ſicut viderat, cōpoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens. Sepultus eſt Conſtantinopoli, ad quam vrbem Viceſimo Conſtantij anno, oſſa eius cum reliquijs Andreę apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

# EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

QVONIAM COMPLVRES AG/
greſſi ſunt contexere narrationē earū,quæ
inter nos certiſſimę fidei ſūt,reꝝ,ſicuti tra
diderūt nobis ĳ,qui ab initio ſuis ocłis vi/
derāt,ac pars aliqua fuerāt eoꝝ quæ nar/
rabāt:viſum eſt & mihi,vt,cunctis ab initio exacta diligētia per/
ueſtigatis,deinceps tibi ſcriberē optime Theophile,quo agnoſ/
cas eorū de quibus edoctus fueras,certitudinē. Erat in diebus
Herodis regis Iudææ, ſacerdos quidā nomīe Zacharias de vice
Abia,& vxor illius de filiabus Aaron,& nomen eius Elizabet.
Erant aūt iuſti ambo corā deo,verſantes in omībus præceptis &
iuſtificatiōib⁹ dñi irrephenſibiles,nec erat illis proles,eo q̊d eſſet
Elizabet ſterilis,& ambo prouectę iā eſſent ętatis. Factū eſt aūt,
cū ſacerdotio fungeret̄ Zacharias in ordine vicis ſuæ corā deo,
ſecundū cōſuetudinē functionis ſacerdotalis,ſors illi obuenit,vt
odores incēderet,ingreſſus in templū dñi,& omīs multitudo po/
puli precabatur foris tꝑe thymiamatis. Apparuit aūt illi angel⁹
dñi,ſtans a dextris altaris,in q̊ thymiamata ſolēt adolari.Et Zach
arias turbat⁹ eſt eo viſo,ac timor irruit ſuꝑ eū. Ait aūt ad illū an/
gelus:Ne timeas Zacharia.quoniā exaudita eſt deprecatio tua.
Vxorq; tua Elizabet pariet tibi filium,& vocabis nomen eius Io/
annē,& erit gaudiū tibi,& exultatio,& multi ſuper eius natiui/
tate gaudebūt. Erit em̄ magnus coram dño,& vinū ſiceráq; non
bibet.Et ſpiritu ſancto replebit̄ iā inde ab vtero matris ſuæ,mul/
toſq; filiorū Iſrael cōuertet ad dominū deū ipſorum.Et ipſe pre/

cedet ante illũ cũ ſpiritu & virtute Heliæ, vt conuertat corda pa-
trũ in filios, & in obedientes ad prudentiã iuſtorum, vt paret dño
plebẽ perfectã. Et dixit Zacharias ad angelũ: Quo argumento
iſtuc cognoſcam? ego em̃ ſum ſenex, & vxor mea prouectæ æta-
tis eſt. Ac reſpõdens angel⁹ dixit ei: Ego ſum Gabriel q aſtiti in
conſpectu dei, miſſuſq; ſum, vt loquar ad te, & hec tibi læta nũ-
ciẽ, Et ecce futurũ eſt, vt ſis tacitus, nec fari poſſis ad eũ vſq; diem
quo hæc fiant, eo q̃d non credidiſti verbis meis, quę implebunẽ
in tpe ſuo. Et erat populus expectans Zachariã, & mirabanẽ q̃d
morareẽ in tẽplo: Egreſſus aũt nõ poterat loqui illis. Et cogno-
uerunt, quod viſionẽ vidiſſet in tẽplo. Et ipſe innuebat illis, per-
manſitq; mutus. Et accidit, vt impleti ſunt dies officij eius, abijt
in domũ ſuã. Poſt hos aũt dies cõcepit Elizabet vxor ei⁹, & oc-
cultabat ſe mẽſibus quinq;, dicens. Sic fecit mihi dñs in diebus,
quibus me reſpexit, vt auferret probrũ meum inter homines: In
menſe aũt ſexto miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatẽ Ga-
lilæę, cui nomẽ Nazareth, ad virginẽ deſponſatã viro, cui nomẽ
erat Ioſeph, de domo Dauid, ac nomen virginis Maria. Et in-
greſſus angelus ad eã, dixit: Aue gratioſa, dñs tecũ, benedicta tu
inter mulieres. Illa vero cũ vidiſſet, turbata eſt ſuper oratione ei-
us, & cogitabat, qualis eſſet illa ſalutatio. Et ait angelus ei: Ne ti-
meas Maria, nacta es em̃ gratiã apud deũ. Ecce concipies in vte-
ro, & paries filiũ, ac vocabis nomẽ eius Ieſum. Is erit magnus, &
filius altiſſimi vocabiẽ: Et dabit illi dñs de⁹ ſedẽ Dauid patris ip-
ſius, regnabitq; ſuper domum Iacob in æternũ, & regni eius nõ

erit finis. Dixit aũt Maria ad angelũ: Quomõ erit iſtud, quãdo/
quidem virũ nõ cognoſco? Et reſpondẽs angelus dixit ei: Spũs
ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi Qua/
propter & q̊d naſcit̃ ſanctũ, vocabit̃ filius dei. Atq; ecce Elizabet
cognata tua, & ipſa cõcepit filiũ in ſenectute ſua, & hic menſis ẽ
ſextus illi, quæ dicebat̃ ſterilis, qa nõ erit impoſſibile apud deum
oẽ verbũ. Dixit aũt Maria: Ecce ancilla dñi, fiat mihi ſecũdũ ver/
bũ tuũ, ac diſceſſit ab illa angelus. Exurgens aũt Maria in diebus
his abijt in montana cũ feſtinatiõe in ciuitatẽ Iuda, & intrauit in
domũ Zachariæ, ac ſalutauit Elizabet, & factũ eſt, vt audiuit ſa/
lutationẽ Mariæ Elizabet, ſalijt infans in vtero eius. Et repleta ẽ
ſpũ ſancto Elizabet, exclamauitq; voce magna, & dixit: Bene/
dicta tu inter mulieres, & bñdict9 fructus ventris tui. Et vnde hoc
mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? Ecce enim vt facta eſt vox
ſalutationis tuę i aurib9 meis, exultauit p̄ gaudio infans in vtero
meo. Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta
ſunt ei a dño. Et ait Maria: Magnificat aĩa mea dñm. Et exul/
tauit ſpiritus meus in deo ſeruatore meo. Quia reſpexit ad hu/
militatẽ ancillæ ſuæ, ecce eni ex hoc beatã me dicent oẽs genera/
tiones. Quia fecit mihi magnifica qui potens eſt, & ſanctum no/
men eius: Et miſericordia eius in progeniẽ & progeniẽ, timenti/
bus ipſum. Præſtitit robur per brachiũ ſuum, diſperſit ſuperbos
cogitatione cordis ipſorũ. Detraxit potẽtes de ſedibus, & euexit
humiles. Eſurientes ĩpleuit bonis, & diuites dimiſit inanes. Suſ/
cepit Iſrael puerũ ſuũ, vt memor eſſet miſericordiæ. Sicut locut9

eſt ad pres nros, ipſi Abrahã & ſemini eius in æuũ. Manſit autẽ
Maria cũ illa circiter menſibus tribus, & reuerſa eſt in domũ ſuã
Elizabet vero impletũ eſt tẽpus pariendi, & peperit filium. Et
audierunt vicini & cognati eius, quod magnifice dñs misericor-
dia ſua vſus eſſet erga illã, & gratulabanẽ ei. Et factum eſt in die
octauo, venerũt ad circũcidendũ puerũ, & vocabant eum nomine
patris ſui Zachariã. Et reſpondẽs mater eius dixit: Neq̃quã, ſed
vocabiẽ Ioannes. Et dixerunt ad illam: Nemo eſt in cognatione
tua, qui vocetur iſto nomine. Innuebant aũt patri eius, quid vel-
let vocari eum. Iſq; poſtulatis tabellis ſcripſit, dicens: Ioannes eſt
nomen eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem os eius
illico, & lingua eius, & loquebaẽ laudans deũ. Et peruaſit timor
per om̃es vicinos eorũ, & per omnẽ montanã regionem Iudææ
diuulgabantur omnia verba hæc, & poſuerunt omnes qui au-
dierant, in corde ſuo dicentes: Quis nã puer hic erit? Et manus
dñi erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt ſpiritu ſan
cto, prophetauitq;, dicens: Laudãdus dominus deus Iſrael, quia
viſitauit & fecit redẽptionẽ populo ſuo. Et erexit cornu ſalutis
nobis, in domo Dauid pueri ſui. Sicut locut9 eſt per os ſanctorũ
qui a ſæculo fuerũt prophetarũ ſuoꝝ. Fore vt ſeruaremur ab ini-
micis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos: Vt vteretur
miſericordia erga patres noſtros, ac memor eſſet teſtamenti ſui
ſancti (præſtaretq;) Iuſiurandũ quod iurauit ad Abrahã patrẽ no
ſtrum, ac daret nobis: Vt ſine timore, de manu inimicorũ nrorum
liberati, ſeruirem9 ipſi: Cũ ſãctitate & iuſtitia corã ipo, cũctis die-

bus vitæ noſtrę. Et tu puer, propheta altiſſimi vocaberis, præi/
bis em̃ ante faciē dñi, ad parandū vias eius: Ad dandā ſcientiam
ſalutis pupulo ipſius, per remiſſionē peccatorū eius: Per viſcera
miſericordię dei noſtri, quibus viſitauit nos oriens ex alto, Vt il/
luſceret his q̃ in tenebris & vmbra mortis ſedebant, ad dirigen/
dos pedes noſtros in viā pacis. Puer aūt creſcebat et coroboraba/
tur ſpiritu, & erat in deſertis, donec veniet dies, quo oſtenden/
dus erat apud Iſraelitas.

## ¶CAPVT. II.

Actum eſt aūt in diebus illis: Exijt decretum a cæſare
f Auguſto, vt cenſeret̃ totus orbis. Hęc deſcriptio pri/
ma facta eſt pręſide Syriæ Cyręnio. Et ibant om̃es vt
profiterent̃ in ſuā quiſq; ciuitatem. Aſcendit aūt & Ioſeph a Ga/
lilæa, de ciuitate Nazareth, in Iudæā: in ciuitatē Dauid, quæ vo/
cat̃ Bethleem, eo quod eſſet de domo & familia Dauid vt profi/
teret̃ cū Maria deſponſa ſibi vxore, quæ erat pregnans. Accidit
aūt cū eſſent ibi, cōpleti ſunt dies pariēdi. Et peperit filiū ſuū pri/
mogenitū, ac faſcijs eū inuoluit, reclinauitq; eū in præſepi, quod
non eſſet eis locus in diuerſorio, Et Paſtores erant in regione ea/
dē vigilantes, & excubantes excubias nocte ſuper gregē ſuū. Et
ecce angelus dñi aſtitit illis, & claritas dñi circumfulſit illos, & ti/
muerunt timore magno. Et dixit, illis angelus: Ne timeatis Ecce
em̃ annuncio vobis gaudiū magnū, quod futurū eſt toti populo
quia natus eſt vobis hodie ſeruator, q̃ eſt Criſtus dn̄s, in ciuitate
Dauid. Et hoc vobis ſignū: Inuenietis infantē faſcijs inuolutū,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſitũ in præſepi. Et ſubito facta eſt cũ angelo mĺtitudo militiæ cœleſtis, laudantiũ deum & dicentiũ: Gloria in altiſſimis deo, ac in terra pax, hoib9 bona volũtas. Et factũ eſt, vt diſceſſerũt ab eis angeli in cœlũ, & hoies paſtores loquebant̃ inter ſeſe: Tranſeam9 iam Bethleem vſq;. & videamus hoc qđ accidit, quod dñs aperuit nobis. Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariã & Ioſeph, & infantẽ poſitũ in præſepi. Cũ vidiſſent autẽ, diuulgauerunt de verbo, quod dictum erat ipſis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati ſunt, de his quæ dicta erant a paſtoribus ad ipſos. Porro Maria conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. E reuerſi ſunt paſtores, glorificantes ac laudantes deum ſuper omnibus, quæ audierant & viderant, ita vt dictum fuerat ipſis. Et poſtquã conſumati ſunt dies octo vt circũcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum erat ab angelo priuſquam in vtero conciperetur. Et poſteaquam completi fuiſſent dies purgationis eorum ſecundum legem Moſi, adduxerunt eum Hieroſolymam, vt ſiſterent eum domino, ſicut ſcriptũ eſt in lege domini: Omne maſculinum adaperiens vuluam, ſanctum domino vocabit̃, & vt darent hoſtiã ſecundũ quod dictum eſt in lege domini, par turturũ aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat Hieroſolymis, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus ac pius, expectans conſolationem Iſrael, & ſpirit9 ſanctus erat ſuper eum. Et reſponſum acceperat a ſpiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum domini. Et venit per ſpiritum in templũ. Et cum inducerent puerũ Ieſum paren-

tes vt facerent ſecūdū cōſuetudinē legis, pro eo, ipſe quoq; acce/
pit eū in vlnas ſuas & laudauit deū, ac dixit: Nūc dimittis ſeruū
tuū dn̄e, ſecundū verbū tuū in pace: quia viderūt oculi mei ſalu/
tare tuū, quod paraſti ante faciē omniū populorū, lumē ad reue/
lationē gentiū, & gloriā plebis tuæ Iſrael. Et erāt pater & mater
eius mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo: Et benedixit il/
lis Simeon, & dixit ad Mariā matrē eius: Ecce poſitus eſt hic iu
ruinam, & in reſurrexionē multorū in Iſrael, & in ſignū cui con/
tradicitē. Quin & tuā ipſius animā penetrabit gladius, vt retegan
tur ex multis cordib⁹ cogitatiões Et erat Anna prophetiſſa filia
Phanuel de tribu Aſer. Hæc proceſſerat in multā ætatē, & vixe/
rat cū viro annis ſeptē a virginitate ſua. Et hæc vidua annorū fer
me octogintaquatuor, q̄ non diſcedebat de tēplo, ieiunijs ac de/
precationibus ſeruiens nocte ac die. Et hæc, eadē hora ſuperue=
niens, viciſſim confitebat̄ dn̄o, & loquebat̄ de illo omnibus qui
expectabāt redemptionē Hieroſolymis. Et vt perfecerunt om̄ia
ſc d̄m legē dn̄i, reuerſi ſūt i Galilæā in ciuitatē ſuā Nazareth. Pu
er aūt ſuccreſcebat, corroborabaturq; ſpiritu & iplebat̄ ſapientia
& gratia dei erat ſuper illū. Et ibāt parentes eius quotannis Hie
roſolymā in die feſto paſchæ. Et cū factus eſſet annorū duodecim
aſcendentibus illis Hieroſolymā ſecundū cōſuetudinē diei feſti,
cōſumatiſq; diebus cū redirent illi, remanſit puer Ieſus Hieroſo
lymis, & nō cognouerūt parentes eius. Cæterū rati illū eſſe in co
mitatu, venerunt itinere diei, & requirebant eū inter cognatos &
inter notos. Et cū non inueniſſent eū, reuerſi ſunt Hieroſolymā,

quærentes eũ. Et accidit poſt triduũ, inuenerũt illũ in templo ſe-
dentẽ in medio doctorũ, audientẽ illos, & interrogantẽ eos. Stu-
pebant aũt oẽs, qui eũ audiebant, ſuper intelligentia & reſponſis
eius, & viſo eo admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illũ: Fili, cur
feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus
te. Et ait ad illos: Quid eſt quod quærebatis me? An neſcieba-
tis quod in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et illi non
intellexerunt ſermonẽ, quẽ locutus eſt ipſis. Et deſcendit cũ eis,
venitq; Nazareth, eratq; ſubditus illis. Mater aũt eius cõſeruabat
oĩa verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapiẽtia & æta-
te, & gratia apud deum atq; homines.

## ¶CAPVT. III.

Nno autem decimoquinto imperij Tiberij cæſaris,
a Pontio Pilato præſide Iudææ, tetrarcha vero Gali-
læææ Herode, Philippo aũt fratre eius tetracha Ituræę
& trachonitidis regionis, & Lyſania Abilenes tetracha, ſub pon-
tificibus Anna & Caiapha, factum eſt verbum dñi ſuper Ioan-
nem Zachariæ filiũ ĩ deſerto. Et venit in omnẽ regionẽ finitima
Iordani, prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ peccato
rũ, ſicut ſcriptũ eſt in libro ſermonũ Heſaiæ prophetæ, dicentis:
Vox clamantis in deſerto, parate viã dñi, rectas facite ſemitas ei9
Omnis vallis implebit̃, & oĩs mons & collis humiliabit̃. Et fi-
ent quæ obliqua ſunt, directa, & aſpera (vertent̃) in vias planas &
videbit oĩs caro ſalutare dei. Dicebat ergo ad turbas, quæ exi-
bant vt baptizarentur ab ipſo. Progenies viperarum, quis ſub-

monſtrauit vobis vt fugeretis a ventura ira? Facite ergo fructus
dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere intra voſipſos, pa-
trem habemus Abraham. Dico enim vobis, potens eſt deus de la-
pidibus iſtis ſuſcitare filios ipſi Abrahe. Iam vero & ſecuris ad
radicē arborū poſita eſt. Omnis ergo arbor, non faciens fructum
bonū, excidit̄, & in ignē conijcit̄. Et interrogabant eum turbæ, di-
cētes: Quid ergo faciem⁹? Reſpondens aūt dicit illis: Qui habet
duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet eſcas, ſilīter fa-
ciat. Venerunt aūt & publicani, vt baptizarent̄, & dixerunt ad il-
lū: Magiſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Ne q̄d ampli-
us quā q̊d conſtitutū eſt vobis, exigatis. Interrogabant aūt eum
& milites, dicētes: Et nos q̄d faciem⁹? Et ait illis: Ne quē cōcutia-
tis, ne quē calūniemini, & cōtenti eſtote ſtipendijs veſtris. Expe-
ctante aūt populo, & cogitantibus oībus in cordibus ſuis de Io-
anne, num ipſe eſſet ille Chriſtus? Reſpōdit Ioannes, dicens vni-
uerſis: Ego q̄dē aqua baptizo vos: ſed veniet fortior me, cui⁹ nō
ſum dignus ſoluere corrigiā calciamentorum, ipſe vos baptiza-
bit ſpiritu ſancto & igni, cui⁹ ventilabrū in manu ipſius, & pur-
gabit aream ſuam, & congregabit triticum in horrium ſuum,
paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem &
alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetrar-
cha, cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui,
deq; omnibus malis, quæ faciebat Hærodes, adiecit & hoc ſu-
per omnia, & incluſit Ioannem in carcerem. Factum eſt autem
cum baptizaretur omnis populis, vt & Ieſu baptizato & oran-

te apertum ſit cœlum, ac deſcēdit ſpiritus ſanctus corporali ſpe-
cie quaſi columba in ipſum, & vox de cœlo facta eſt, quæ diceret:
Tu es filius ille meus dilectus, in te cōplacitum eſt mihi. Et ipſe
Ieſus incipiebat eſſe ferme annorum triginta, vt putabatur, fili-
us Ioſeph, qui fuit filius Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui
fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Matatthiæ,
qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli, qui fuit Naggæ,
qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Io-
ſech, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rheſa, qui fuit Zo-
robabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit
Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her, qui fuit
Ieſo, qui fuit Heliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Matha, qui fuit Le
ui, qui fuit Simeō, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui fuit Ionam,
ꝗ fuit Heliachim, ꝗ fuit Meleam, ꝗ fuit Menā, ꝗ fuit Mathatha,
ꝗ fuit Nathā, ꝗ fuit Dauid, ꝗ fuit Ieſſe, ꝗ fuit Obed, ꝗ fuit Booz,
ꝗ fuit Salmō, qui fuit Naaſſon, ꝗ fuit Aminadab, ꝗ fuit Aram,
qui fuit Eſrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui
fuit Iſaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharræ, qui fuit Nachor, qui
fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui
fuit Sale, qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, ꝗ fuit
Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſala, qui fuit Enoch, qui fu
it Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui
fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.

## ¶CAPVT. IIII.

i IEſus aūt plenus ſpū ſancto, regreſſus eſt a iordane, &

actus eſt per ſpiritũ in deſertum, ac diebus quadraginta tentaba
tur a diabolo, nihilq́ꝫ comedit in dieb⁹ illis, & cõſumatis illis, de/
inde eſurijt. Dixit aũt illi diabolus: Si filius es dei, dic lapidi huic
vt panis fiat. Et reſpondit ad illũ Ieſus dicens: Scriptũ eſt: Non
pane ſolo viuet homo, ſed om̃i verbo dei. Et ſubduxit illũ diabo/
lus in montem excelſum, & oſtendit illi oĩa regna orbis terræ in
puncto tpis, & ait illi diabolus: Tibi dabo poteſtatẽ hanc vniuer
ſam & gloriã illorũ, quia mihi tradita ſunt, & cuicunq́ꝫ volo, do
illam, tu ergo ſi adoraueris prouolutus corã me, erunt tua omnia
& euaſit in arborẽ magnam. & volucres cœli nidulabantur in ra-
mis eius. Et iterũ dixit: Cui ſimile faciã regnũ dei? Simile eſt fer
mento, quod acceptũ mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec
fermentatur totũ. Et ibat per ciuitates & caſtella docens: & iter
faciens Hieroſolymam. Ait aũt illi quidam: Dñe, an pauci ſunt
qui ſalutẽ conſequunt̃? Ille vero dixit ad illos: Contendite intrare
ꝑ anguſtã portã, q̃a multi, dico vobis, q̃rent ĩtrare, & nõ poterũt,
Cũ aũt ſurrexerit paterfamilias & clauſerit oſtiũ, & cœperitis fo
ris ſtare, & pulſare oſtiũ, dicẽtes: Dñe, dñe, aperi nobis: Et reſpõ-
dens dicet vobis: Neſcio vos vnde ſitis. Tunc incipietis dicere
Edimus corã te & bibim⁹, & in plateis nr̃is docuiſti. Et dicet: di-
co vobis: neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me oẽs, q̃ patratis ini
quitatẽ. Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ, cũ videritis Abraham &
Iſaac & Iacob, & oẽs prophetas in regno dei, vos aũt expelli fo-
ras. Et venient ab oriente & occidente & aquilone & auſtro, &
accũbent in regno dei, Et ecce ſunt poſtremi qui erunt primi, &
ſunt primi qui erunt poſtremi. Eodem die acceſſerunt quidam
phariſæorũ, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te
occidere. Et ait illis: Ite & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia,
& ſanitates ꝑficio hodie & cras, & tertia die cõſummor. Verũta-
mẽ oportet me hodie & cras & proximo die ambulare, q̃a fieri
non poteſt, vt propheta pereat alibi quã hieroſolymis. Hieruſa-
lẽ Hieruſalẽ, quæ occidit prophetas, & lapidat eos qui mittun-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tur ad ſe: quoties volui congregare filios tuos quemadmodum
auis nidum ſuũ ſub pennas, & noluiſtis. Ecce relinquitur vobis do-
mus veſtra deſerta. Dico aũt vobis, qđ non videbitis me, donec
venerit tẽpus cũ dicetis: Benedictus qui venit in nomĩe domini.

## ¶CAPVT. XIIII.

T accidit vt introierit in domũ cuiuſdam principis
e pharisæorũ ſabbato ad capiendũ cibũ, & ipſi obſer-
uabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat
ante illũ. Et respondens Ieſus, dixit ad legiſperitos & phariſæos
dicens: Num licet ſabbato ſanare? At illi tacuerũt. Ipſe vero ap-
prehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpõdens ad illos, dixit:
Cuius veſtrũ aſinus aut bos in puteũ cadet, & non continuo ex-
trahet illũ die ſabbati? Et non poterant ad hæc reſpõdere illi. Di-
cebat aũt & ad inuitatos parabolã intendens, quomodo primos
accubitꝰ eligerẽt dicẽs ad illas: Cũ inuitatus fueris ab aliq̊ ad nup-
tias, ne accumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuita-
tus ab illo, & veniens, is qui te & illũ vocauit, dicat tibi: da huic
locũ, & tunc incipias cũ rubore extremũ locum tenere. Quin po-
tius cũ vocatus fueris, vade accumbe in nouiſſimo loco, vt cũ ve-
nerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, aſcende ſuperius. tũc erit
tibi gloria corã ſimul diſcũbentibus, quia oĩs qui ſe extollit, hu-
miliabitur: & qui ſe humiliat, extolletur. Dicebat aũt & ei, qui ſe in-
uitauerat: Cum facis prandiũ, aut cœnã, noli vocare amicos tuos,
neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; vicinos diuites, nequã-
do & ipſi te viciſſim inuitent, ac rependatur tibi beneficiũ. Imo

cū facis cōuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & bea-
tus eris: quia non pñt rependere tibi, rependet̃ enī tibi in reſurre-
ctiōe iuſtorū. Hęc cū audiſſet q̄dā de ſimul accūbentib⁹, dixit illi:
Beatus q̄ comedit panē in regno dei. At ipſe dixit ei: Homo q̄dā
ꝑparauerat cœnā magnā, & vocauit m̃tos, miſitq; ſeruū ſuū hora
cœnæ vt diceret inuitatis: Venite, quia iam parata ſunt oīa. Et cœ
perūt ſil' oēs excuſare. Prim⁹ dixit ei: Villā emi, & neceſſe mihi ē
exire, & videre illā. rogo te, habe me excuſatū. Et alter dixit: Iuga
boū emi quinq;, & eo ad ꝓbandū illa. rogo te, habe me excuſatū.
Et alius dixit: Vxorē duxi, & ideo nō poſſum venire. Ac reuerſus
ſeruus, renūciauit hęc dño ſuo. Tūc iratus pr̃familias, dixit ſeruo
ſuo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis & pauperes, ac debiles,
claudoſq; & cęcos itroduc huc. Et ait ſeruus: Dñe, factū eſt vt ipe
raſti, & adhuc locus eſt. Et ait dñs ſeruo: Exi ĩ vias & ſepes, & cō-
pelle intrare, vt ipleat̃ dom⁹ mea. Dico enĩ vobis, q̃d nemo viro
rū illorū q̄ vocati ſunt, guſtabit cœnā meā. Ibant autē turbę mul-
tæ cum eo, & cōuerſus dixit ad illos: Si quis venit ad me, nec odit
patrē ſuū, ac matrem, & vxorē, & filios, & fratres, & ſorores: p̄te-
rea aūt & animā ſuā, nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Et quiſquis
non baiulat crucē ſuā, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe di-
ſcipulus. Quis enī eſt ex vobis, qui velit turrim ædificare, quin
prius ſedens cōputet ſumptus, an habeat quibus opus eſt ad per
ficiendū. ne poſtq̃ poſuerit fundamentū, nec potuerit perficere,
oēs qui viderint, incipiant illudere ei, dicentes: Hic homo cœpit
ædificare, nec potuit conſummare? Aut quis rex proficiſcens vt

cõmittat prælıũ aduerſus alterũ regẽ, nõne ſedens prius cogitat, an poſſit cũ decẽ milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit contra ſe? alioquin adhuc illo longe agente, legatione miſſa, petit ea quæ pacis ſunt. Sic ergo oĩs ex vobis, qui nõ renunciat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Bonũ eſt ſal, ſi vero ſal infatuatum fuierit, per quod condietur? Neq; in terrã, neq; in ſterquiliniũ vtile eſt: Foras proijciuut illud. Qui habet aures ad audiendum audiat.

## ¶CAPVT. XV.

Ccedebant aũt ad eũ oẽs publicani & peccatores, vt audirent illum. Et murmurabant phariſæi ac ſcri-
a
bæ, dicentes: Hic pctõres recipit, ac cibũ capit cũ illis. Dicebat aũt ad illos parabolã hanc, dicens: Quis ex vobis eſt homo qui habet centũ oues, & ſi perdiderit vnã ex illis, nonne relinquit nonagintanouẽ in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eã? Et cũ inuenerit eã, imponit in humores ſuos gaudens, veniensq; domũ conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Gaudete mecũ, qui inueni ouem meã quæ perierat. Dico vobis quod ita gaudiũ erit in cœlo ſuper vno peccatore reſipiſcente, magis q̃ ſuper nonagitanouẽ iuſtis, qui non indigẽt pœnitẽtia. Aut quæ mulier habens drachmas decẽ, ſi perdiderit drachmã vnam, nõ accendit lucernam, & verrit domũ, quęritq; diligenter, donec inueniat? Et cum inunerit, conuocat amicas ac vicinas, dicens Gaudete mecũ, quia inueni drachmam, quã perdideram. Ita dico vobis, gaudiũ erit corã angelis dei ſuper vno pecca-

tore reſipiſcente. Ait aūt: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcētior illorū patri. Pater, da mihi portionē ſubſtantię que ad me redit. Et diuiſit illis ſubſtantiā. Ac poſt dies non multos, cū oīa cōtraxiſſet adoleſcentior filius, peregre ꝓfect⁹ eſt in regionē lōginquā, & ibi diſſipauit ſubſtantiā ſuā viuendo luxurioſe. Et poſtq̄ oīa cōſumpſiſſet, facta eſt fames valida in regione illa Et ipſe cępit egere, & abijt, & adhæſit vni ciuium regionis illius, atq; is miſit illū in villā ſuā vt paſceret porcos. Et cupiebat implere ventrē ſuū de ſiliquis, q̄bus porci veſcebant̄, neq; quiſq̄ illi dabat. In ſe aūt reuerſus dixit: Quā multi mercenarij p̄ris mei abūdant panibus, ego vero fame pereo. Surgam & ibo ad patrē meū, & dicā ei: Pater, peccaui in cœlū & corā te, iā nō ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnū de mercenarijs tuis. Et ſurgens venit ad patrē ſuū. Cū aūt adhuc longe abeſſet, vidit illū p̄r ipſi⁹, & miſericordia motus eſt, & accurrens ruit in collū ei⁹ & oſculatus eſt eū. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlū & corā te, neq; poſthac ſum dign⁹ vocari filius tuus. Dixit aūt p̄r ad ſeruos ſuos Proferte ſtolā primā, & induite illū: & date annulū in manū ei⁹, & calciamenta in pedes. Et adducite vitulū illum ſaginatū, atq; mactate, ſumptiſq; epulis lætemur, q̄a hic fili⁹ me⁹ mortu⁹ erat, & reuixit, perierat & inuent⁹ eſt. Et cœperūt lætari. Erat aūt fili⁹ eius ſenior in agro, & cū veniret, & appropinq̄ſſ; domui, audiuit cōcētū & choros, & vocauit vnum de ſeruis ſuis, & interrogauit quid eſſent illa. At is dixit illi: Frater tuus venit, & occidit p̄r tuus vitulū illū ſaginatū, q̄d incolumē illū receperit. Indignatus eſt autē.

nec volebat introire. Pater ergo illius egreſſus rogabat illum. At
ille reſpondens, dixit patri: Ecce tot annis ſeruio tibi, nec vnquã
pręceptũ tuũ tranſgreſſus ſum, nec vnq̃ dediſti mihi hœdũ, vt cũ
amicis meis letarer: ſed poſtquã filius tuus hic, qui deuorauit
ſubſtantiã tuã cum meretricibus venit, occidiſti illi vitulum illũ
ſaginatũ. At ille dixit ei: Fili, tu ſemper mecũ es, & oĩa mea tua
ſunt. Lætari aũt & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mor-
tuus erat, ac reuixit: & perierat & inuentus eſt.

## ¶ CAPVT. XVI.

D Icebat aũt & ad diſcipullos ſuos: Homo q̃dã erat di-
ues, qui habebat diſpenſatorẽ & hic de latus eſt apud
illũ, vt qui diſſiparet bona ipſius. Et vocauit illũ, &
ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ diſpenſationis tuæ.
Non eñ poteris poſthac diſpenſare. Ait aũt diſpenſator intra ſe:
Quid faciã, q̃a dñs meus aufert a me diſpenſationẽ? Fodere non
valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciã, vt cũ amotus fuero a
diſpenſatione, recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſin-
gulis debitoribus domini ſui, dicebat primo: Quantũ debes dño
meo? At ille dixit: Centũ batos olei. Dixitq; illi: Accipe cautio-
nẽ tuã, & ſede cito & ſcribe quiquaginta. Deinde alteri dixit: Tu
vero quãtũ debes? Qui ait, centũ coros tritici. Ait illi: Accipe cau
tionẽ tuã, & ſcribe octoginta. Et laudauit dñs diſpenſatorem ini-
quũ, quod prudenter feciſſet. Quia filij huius ſæculi prudentio-
res ſunt filijs lucis in natione ſua. Et ego vobis dico: Facite vo-
bis amicos ex mammona iniuſto, vt cũ defeceritis, recipiant vos

in æterna tabernacula, Qui fidelis eſt in minimo, & in multo fi-
delis eſt,& q in minimo iniquus eſt,is & in multo iniquus eſt. Si
ergo in iniquo mammona fideles non fuiſtis,q̊d verũ eſt,qs cre-
det vobis? Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis, q̊d veſtrũ eſt, qs dabit
vobis? Nemo ſeruus poteſt duobus dñis ſeruire, aut enim hunc
odio habebit, & alterũ illũ diliget,aut huic adhærebit,& alterum
illũ contẽnet. Nõ poteſtis deo ſeruire & mãmone. Audiebãt aũt
hæc oia & phariſæi qui erant auari & deridebant illũ. Et ait illis:
Vos eſtis qui iuſtificatis voſipſos corã hoib⁹,deus aũt nouit cor-
da vr̃a. Quia quod hoibus excelſum eſt, abominandũ eſt coram
deo. Lex & prophetæ vſq; ad Ioannẽ, ab eo tpe regnũ dei annũ-
ciatur,& quiuis in illud vim facit. Facili⁹ eſt aũt cœlũ & terrã præ-
terire, quã legis vnũ apicẽ cadere. Quiſqs dimittit vxorẽ ſuã, &
alterã ducit, adulteriũ cõmittit:& qui dimiſſã a viro ducit,adulte
riũ cõmittit. Hõ quidã erat diues, qui induebat̃ purpura & byſ-
ſo,& epulabat̃ quotidie ſplendide. Eerat aũt quidã mendicus no-
mine Lazarus q iacebat ad ianuã ei⁹ hulceroſus,cupiens ſatura-
ri de micis quæ cadebant de menſa diuitis. Sed & canes venie-
bant, ac lingebãt hulcera eius. Accidit aũt vt moreretur mendi-
cus, & deportaretur ab angelis in ſinum Abrahæ. Mortuus eſt
autem & diues, ac ſepultus eſt. Atq; in Tartaro ſublatis ocu-
lis ſuis, cum eſſet in tormentis, videt Abraham eminus, &
Lazarum in ſinu eius, & ipſe clamans dixit: Pater Abra-
ham, miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intinguat extremum
digiti ſui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia cru-

cior in flãma hac. Dixit aũt Abrahã: Fili, recordare, qđ recepe-
ris bona tua in vita tua, & Lazarus ſiſr mala. Nũc aũt hic ſolatio
fruit̃, tu vero cruciaris. Et ſup hęc oĩa inter nos & vos hiatꝰ ingẽs
firmatus eſt, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, nõ poſſint, neq̃
inde huc trãſcẽdere Ait aũt: Rogo ergo te pr̃, vt mittas eũ i domũ
patris mei. Habeo em̃ quinq̃ fratres, vt teſtet̃ illis, ne & ipſi veni
ant in hunc locũ cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Moſen ac
prophetas, audiant illos. At ille dixit: Nõ pr̃ Abrahã, ſed ſi quis
ex mortuis ierit ad eos, reſipiſcent. Ait aũt illi: Si Moſen & pro-
phetas non audiunt, neq̃ ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credẽt.

## ¶CAPVT. XVII.

It aũt ad diſcipulos: Fieri nõ põt, quin veniãt offendi
a cula. Væ tñ illi per quẽ veniũt. Expedit illi, ſi mola aſi
naria ponat̃ circa collũ eius, & ꝓiectus fuerit in mare,
potius q̃ vt offendiculo ſit vni de puſillis iſtis. Cauete vobis. Si
peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & ſi penituerit, remitte
illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die cõuerſus
fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: remittes illi. Et dixerũt apoſtoli
dño: Adauge nobis fidẽ. Dixit aũt dñs: Si haberetis fidẽ ſicut ha-
bet granũ ſinapis, dixiſſetis huic arbori ſycamio, eradicare & trã
plantare in mare, & obediſſet vobis. Quis aũt veſtrũ, habens ſer-
uũ arantẽ aut paſcentẽ q̃ regreſſo ab agro dicat, ſtatĩ trãſiet accũ-
be: Ac non potius dicit illi: para quod cœnem, & præcinge te, ac
miniſtra mihi donec edero & bibero & poſt hæc edito & bibito
tu? Num gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperata fue-

rant?Nō puto. Sic & vos, cū feceritis oīa quę p̄cepta ſūt vobis, dicite: Serui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus. Et factū eſt dū iret Hieroſolymam, & ipſe tranſibat per mediā Samariam & Galilęā. Et cū ingrederetur quendam vicum, occurrerunt ei decem viri leproſi, qui ſteterunt procul, intentaq; voce, dixerūt: Ieſu p̄ceptor, miſerere noſtri. Quos vt vidit, dixit illis: Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Et factum eſt, vt inter eundū mundati ſint. Vnus aūt ex illis vt vidit, quod mundatus eſſet, regreſſus eſt, cū voce magna glorificans deum, & procidit in faciē ad pedes eius, gratias agens ei: Et hic erat Samaritanus. Reſpondens aūt Ieſus dixit. Nonne decem mundati ſunt? Nouem aūt illi vbi? Non ſunt reperti qui redierint, vt darent gloriā deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade, fides tua te ſeruabit. Interrogatus autē a phariſæis, qn̄ venturū eſſet regnū dei, reſpōdit eis, & dixit: Nō veniet regnū dei cū obſeruatione, neq; dicent, ecce hic, aut ecce illic, Ecce enim regnū dei intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos: Venient dies, qn̄ deſyderabitis videre vnū dierū filij hominis, nec videbitis. Et dicent vobis: Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neq; ſectemini. Nam ſicut fulgur coruſcans e regione quæ ſub cœlo eſt, in alterā quæ ſub cœlo eſt fulget, ita erit filius hominis in die ſuo. Sed primus oportet illum multi pati, & reprobari a natione hac. Et ſicut accidit in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis, Edebant, bibebant, vxores ducebant, & dabantur nuptū ad eum vſq; diem, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit om̄es. Cōſimiliter etiam ſicut accidit in diebus Lot. Edebant, bibebāt,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

emebant,vendebant, plantabant,ædificabant: Cęterum quo die exijt Lot e Sodomis,pluit igni & ſulphure de cœlo,& om̃es per/didit: Secundũ hęc erit dies,quo filius hominis reuelatur. In illo die qui fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, ne deſcendat ad tol/lendũ illa, & qui in agro ſimiliter non redeat ad relicta, Memo/res eſtote vxoris Lot. Quicunq̃ quęſierit aĩam ſuam ſeruare,p/det illã: Et quicũq̃ perdiderit illã, vitã illi parabit. Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus aſſumetur & alter relin/quetur. Duę erunt molentes ſimul, vna aſſumetur, & altera re/linquetur. Et reſpondentes dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunq̃ fuerit corpus,illuc congregabuntur & aquilæ.

## ¶CAPVT. XVIII.

Icebat autẽ & parabolam ad illos, huc ſpectantem,

d qđ oporteret ſemp orare, nec defatigari, dicẽs: Iudex qdã erat in quadã ciuitate,qui deum nõ timebat,nec hominẽ reuerebatur. Vidua autem quædã erat in ciuitate illa,& veniebat ad eum,dicens: Vindica me de aduerſario meo. Et nole/bat aliquandiu. poſt hæc autẽ dixit intra ſe: Quanquã deum non timeo, nec hominẽ reuereor,tamen quia moleſta eſt mihi hæc vi dua,vindicabo illam,ne tandẽ veniens ſugillet me. Ait autem do/minus: Audite quid iudex iniquus dicat: Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorũ, clamantiũ ad ſe die ac nocte, etiam cũ patiens fuerit ſuper illis? Dico vobis, quod faciet vindictam illorũ cito. Veruntamen filius hominis cũ venerit, an reperturus eſt fidem in terra? Dixit aũt & ad quoſdã, qui in ſe confitebant,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod eſſent iuſti, & aſpernabantur cæteros, parabolam iſtam:
Duo homines aſcendebant in templū, vt præcarentur, vnus pha
riſæus, & alter publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat:
Deus gratias ago tibi, quod non ſim ſicut cæteri homines, rap-
tores, iniuſti, adulteri, velut etiā hic publicanus, ieiuno bis in ſab-
bato, decimas do omnium quæ poſſideo. Et publicanus procul
ſtans, nec oculos volebat ad cœlum attollere, ſed percutiebat pe-
ctus ſuū, dicens: Deus propitius eſto mihi peccatori. Dico vo-
bis: deſcendit hic iuſtificatus in domū ſuā magis q̄ ille: quia om-
nis qui ſe extollit, humiliabitur: & q ſe humiliat, extolletur. Affe
rebant autem ad eum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum vi-
derent diſcipuli, increpabat illos. Ieſus autem cum illos ad ſe
vocaſſet dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos.
talium eſt enim regnū dei. Amen dico vobis: quicunq; non acce-
perit regnum dei veluti puer, non intrabit in illud. Et interroga-
uit eū quidam princeps, dicens: Magiſter bone, quid faciendum
mihi, vt conſequar vitam æternam? Dixit autem ei Ieſus: Quid
me dicis bonum? Nemo bonus, niſi ſolus deus. Præcepta noſti:
Non cōmittes adulterium, non occides, non facies furtum, non
falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & matem tuam
At ille ait: Hæc omnia ſeruaui a iuuentute mea. Quo audito Ie-
ſus ait ei: Adhuc vnū tibi deeſt. Omnia quæcunq; habes, vende,
& diſtribue pauperibus, & habebis theſaurū in cœlo, & veni ſe-
quere me. His ille auditis mœrore affect⁹ eſt, quia diues erat val-
de Videns autem Ieſus illum mœrore affectum, dixit: Quā dif-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ficile qui pecunias habent, in regnū dei intrabunt. Facilius eſt em̄
camelum per foramen acus tranſire, quam diuitē intrare in reg-
num dei. Et dixerunt qui audierant: Et quis poteſt ſaluus fieri?
At ille ait: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines: poſſibilia ſunt
apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos reliquimus omnia ac ſe
cuti ſumus te. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo eſt, qui re-
liquit domū, aut parētes, aut fratres, aut vxorē, aut liberos prop-
ter regnū dei, qui non recepturus ſit multo plura in hoc tempo-
re, & in ſeculo venturo vitam æternā. Aſſumpſit auē Ieſus duo-
decim, & ait illis: Ecce aſcendimus Hieroſolymā, & conſumabū-
tur omnia, quæ ſcripta ſunt per prophetas, filio hominis. Trade
tur em̄ gentib9, & illudetur, & cōtumelijs afficietur, & conſpuet.
& poſtquam flagelauerint, occident eum, ac die tertia reſurget.
Et ipſi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum iſtud abſcon-
ditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur. Accidit autem
cū appropinquaret Hiericho, cæcus quidam ſedebat iuxta viā,
mendicans, & cum audiret turbam prætereūtem, interrogabat,
quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei, quod Ieſus nazarenus tranſi-
ret. Et clamauit, dicens. Ieſu fili Dauid, miſerere mei. & qui præi-
bant increpabant eū vt taceret. Ipſe vero multo magis clamabat,
fili Dauid, miſerere mei. Stans aūt Ieſus, iuſſit illū adduci ad ſe.
Et cū appropinquaſſet, iterrogauit illū, dicēs: Quid tibi vis faciā?
At ille dixit: Dn̄e, vt viſū recipiā. Et Ieſus dixit ei: Recipito viſū.
Fides tua te ſaluū reddidit. Et cōfeſtim viſū recepit, ac ſequebat
illum glorificans deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudē deo.

## ¶CAPVT. XIX.

T ingreſſus perambulabat Hiericho. Et ecce vir noīe
e Zaccheus, atq; is princeps erat publicanorū, & idem
erat diues, & quærebat videre Ieſum quis eſſet, nec po
terat præ turba, quod ſtatura puſillus eſſet. Et præcurrens aſcen
dit in arborē caprificū, vt videret eū, nā illac erat tranſiturus. Et
cū veniſſet ad locū, ſuſpiciens Ieſus, vidit illū, dixitq; ad eū: Zac-
chæe, feſtinans deſcende, quia hodie domi tuæ oportet me ma-
nere. Et feſtinans deſcēdit, & excepit illum gaudens. Cumq; vi-
derent oēs, murmurabant dicentes, quod ingreſſus eſſet, apud
hoīem peccatorē diuerſaturus. Stans aūt Zaccheus. dixit ad do-
minū: Ecce dimidiū bonorū meorū, dn̄e do pauperibus: & ſi qd
aliquē defraudaui, reddo quadruplū, Ait Ieſus ad eū: Hodie ſa-
lus domui huic cōtigit, eo qđ & ipſa filia ſit Abrahæ. Venit em̄
filius hoīs q̄rere & ſeruare quod perierat. Hęc illis audiētibus,
adijciens dixit parabolā, eo quod eſſet prope Hieroſolymam,
quodq; exiſtimarent fore, vt confeſtim regnum dei manifeſtaret̄.
Dixit ergo: Hō quidā clarus ꝓfectus eſt in regionē longinquā,
vt acciperet ſibi regnū, ac reuerteret̄. Vocatis aūt decē ſeruis ſuis
dedit eis decē minas, & ait ad illos: Negociemini donec veniam.
Ciues aūt eius oderant eū, miſeruntq; legationē poſt illū, dicen-
tes. Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et factū eſt vt rediret ac-
cepto regno, iuſſitq; vocari illos ſeruos ad ſe, quibus dederat pe-
cuniā, vt ſciret, quantū quiſq; negociatus eſſet, Venit aūt primus
dicens: Dn̄e, mina tua decē minas acquiſiuit. Et ait illi: Euge bo-

ne ſerue,quia in minimo fuiſti fidelis,habeto poteſtatē ſuper de/
cē ciuitates. Et alter venit,dicens: Dñe, mina tua confecit quinq;
minas,& huic ait: Et tu præfectus eſto quinq; ciuitatibus. Et ali/
us venit, dicens: Dñe,ecce mina tua,quā habui repoſitā in ſuda/
rio,timui em̄ te,quod homo auſterus ſis, tollis quod nō poſuiſti,
& metis quod nō ſeminaſti. Dicit ei: De ore tuo te iudicabo ſer/
ue male,ſciebas, quod ego homo auſterus ſim, tollens quod non
poſui,& metens quod non ſeminaui: Et quare nō dediſti pecuni/
am meā ad mēſam,& ego veniens, cū vſuris vtiq; exegiſſem illā?
& aſtantibus dixit: Auferte ab illo minā, & date illi qui decē mi/
nas habet. Et dixerunt ei: Dñe,habet decem minas. Dico em̄ vo/
bis,quod om̄i habenti dabitur,ab eo aūt qui non habet,etiā quod
habet auferet̄. Quin inimicos meos illos, qui noluerunt me reg/
nare ſuper ſe,adducite huc, & interficite an̄ me. Et his dictis,ibat
pergens aſcēdere Hieroſolymā. Et factū eſt cū approquinquaſſet
ad Betphage & Bethaniā iuxta montē,q̄ vocat̄ oliuarū,miſit du/
os diſcipulos ſuos,dicēs: Ite in caſtellū q̄d e regione eſt. In q̄d in/
troeuntes, inuenietis pullū aſinę alligatū,in q̊ nemo vnquā hoim
ſedit: Soluite illū & adducite. Et ſi q̄s vos interrogauerit, quare
ſoluitʒ ei,ſic dicetis ei: Quia dn̄s eo op⁹ habʒ. Abierūt aūt q̄ miſſi
erāt,& inuenerūt ſicut dixerat illis, Soluētib⁹ aūt illis pullū,dixe/
rūt dn̄i ei⁹ ad illos: Quare ſoluitis pullū? At illi dixerūt: Quia dn̄s
eo habet opus. Et duxerūt illū ad Ieſū. Et iniectis veſtimētis ſuis
ſup̄ pullū,ĩpoſuerūt Ieſū. Eūte aūt illo,ſubſternebāt veſtimēta ſua
in via. Et cū appropinq̄ret iā ad deſcenſū montis oliuarū,cœpe/

tũt oĩs multitudo diſcipulorũ gaudentes laudate deũ voce magna ſup oibus,quas viderant,virtutibus,dicentes:Benedictus qui venit rex in noĩe dñi,pax in cœlo,& gloria in altiſſimis.Et quidã pharıſæorũ e turba dixerũt ad illũ: Magiſter,increpa diſcipulos tuos. Quib⁹ ipſe ait. Dico vobis,quod ſi hi tacuerint,mox lapides clamabunt.Et vt approquinquauit,videns ciuitatẽ fleuit ſup illã,dicẽs:Si cognouiſſes & tu,& qdẽ in iſto die tuo,quæ ad pacẽ tuã pertinent, curares. Nunc aũt abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & cingent te,& coanguſtabũt te vndiqꝫ,& ſolo æquabũt te,& filios tuos qui in te ſunt.Et non relinquẽt in te lapidẽ ſuper lapidẽ, eo quod nõ cognoueris tẽpus viſitatiõis tuæ. Et ingreſſus in templũ,cępit eijcere vendẽtes in illo & emẽtes,dicẽs illis:Scriptũ eſt, domus mea domus præcationis eſt: vos aũt feciſtis illã ſpeluncã latronũ. Et docebat quotidie in tẽplo. Principes aũt ſacerdotũ, & ſcribæ quærebant illũ perdere, & primores plebis, nec inueniebant, quid facerent, totus enim populus pendebant ab ore eius,cum audiret illum.

## ¶CAPVT. XX.

e T factum eſt in vno dierum illorum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes ſacerdotum, & ſcribe cũ ſenioribus, & aiunt illi,dicentes: Dic nobis,qua autoritate iſta facis? Aut, quis eſt qui dedit tibi iſtam autoritatem? Reſpondens autem Ieſus, dixit ad illos: Interrogabo vos &

ego vnũ quiddã, & reſpondete mihi : Baptiſmus Ioannis e cœ/
lo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes : Si
dixerimus e cælo, dicet: Quare ergo nõ credidiſtis illi? Sin dixe/
rimus ex hoĩbns, plebs vniuerſa lapidabit nos, Perſuaſum enim
habet Ioannẽ ꝓphetã eſſe, & reſpõderũt ſe neſcire vnde eſſet. Et
Ieſus ait illis: Neq; ego dico vobis, qua autoritate hęc faciã. Cœ/
pit autẽ dicere ad plebẽ parabolã hanc : Homo quidã plantauit
vineã, & locauit eam colonis, & ipſe peregre egit młto tp̃e. Cũq;
eſſet opportunũ, miſit ad colonos ſeruũ, vt de fructu vineę darent
ipſi. Qui cæſum emiſerũt eũ inanẽ. Et rurſus, adhuc alterũ ſeruũ
miſit. Illi vero hũc q̊ꝫ cęſũ, & cõtumelĳs affectũ, emiſerũt inanẽ.
Rurſus miſit & tertiũ. At illi hũc quoq; vulnerib⁹ inflictis, eiece/
rũt Dixit aũt dñs vineæ: Quid faciã? Mittã filiũ meũ dilectũ. For
ſitan cum hunc viderint reuerebunt̃. Quẽ cũ vidiſſent coloni, co/
gitauerũt intra ſe, dicentes: Hic eſt hæres, venite occidamus illũ,
vt noſtra fiat hæreditas. Et eiectum illũ extra vineã, occiderunt.
Quid ergo faciet illis dñs vineæ? Veniet & perdet colonos iſtos,
& dabit vineã alĳs. Quod cũ audiſſent, dixerũt : Abſit. Ille vero
intuitus eos, ait: Quid eſt ergo hoc quod ſcriptũ eſt: Lapidẽ quẽ
reprobauerunt ædificantes, is factus eſt caput anguli ? Oĩs qui
ceciderit ſuper illũ lapidẽ, conquaſſabit̃: ſuper quẽ aũt ceciderit,
cõminuet illũ. Et quærebant principes ſacerdotũ & ſcribe inĳce/
re in illũ manus eadẽ hora, & timuerunt populũ. Cognouerunt
eñ, quod in ipſos dixiſſet ſimilitudine hanc. Et obſeruantes emi
ſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularet, vt caperent eũ ex ſer=

mone, traderentq́ illũ principatui & poteſtati pręſidis. Et inter/
rogauerũt eũ dicẽtes: Magiſter ſcim⁹ q̃d recte dicis ac doces, nec
reſpicis pſonã, ſed viã dei cũ veritate doces: Licet nobis tributũ
dare cæſari, an non? Intellecta aũt illorum verſutia, dixit ad eos:
Quid me tentatis? Oſtendite mihi denariũ: Cuius habet imagi/
nẽ & inſcriptionẽ? Reſpondentes dixerunt: cæſaris. Et ait illis:
Reddite ergo quæ ſunt cæſaris, cæſari: & quæ ſunt dei, deo. Et
nõ potuerũt verbũ eius reprehendere corã populo, & mirati ſup
reſponſo eius, tacuerũt. Acceſſerunt aũt quidã Sadduceorũ, qui
negant eſſe reſurrectionẽ, & interrogauerũt eum, dicentes: Magi/
ſter, Moſes ſcripſit nobis, ſi cuius frater mortuus fuerit, habens
vxorẽ, iſq́ ſine liberis mortuus fuerit, vt accipiat frater eius vxo
rẽ, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Septẽ ergo fratres erant, & prim⁹
accepit vxorẽ, ac mortuus eſt ſine liberis. Et accepit ſecundus il/
lã, & ipſe mortuus eſt ſine liberis. Et tertius accepit illã ſilr & cæ
teri ſeptẽ, nec reliquerunt liberos, & mortui ſunt. Nouiſſime oĩm
mortua eſt & mulier: In reſurrectione ergo cuius eorũ erit vxor?
Siquidẽ ſeptẽ habuerunt eã vxorẽ. Et reſpondens ait illis Ieſus:
Filij huius ſæculi ducunt vxores & nuptũ dant, illi vero qui dig/
ni habebunt̃ ſeculo illo, & reſurrectione ex mortuis, neq́ ducunt
vxores, neq́ nuptũ dant, neq́ eñ vltra mori poſſunt. Aequales
eñ angelis ſunt, & filij ſunt dei, cũ ſint filij reſurrectiõis. Q̃d vero
reſurgãt mortui, & Moſes oſtendit iuxta rubũ, cũ dicit dñm deũ
Abrahã & deũ Iſaac & deum Iacob. Deus aũt non eſt mortuorũ,
ſed viuorũ, oẽs eñ illi viuũt, Reſpondentes aũt quidã ſcribarũ,

dixerunt:Mgr̃,bñ dixiſti : Et ampli⁹ nõ audebant eũ quicq̃ inter
rogare. Dixit aũt ad illos : Quomõ dicunt. Chriſtũ filiũ eſſe Da/
uid, & ipſe Dauid dicit in libro pſalmorũ : Dixit dñs dño meo.
ſede a dextris meis, donec poſuero inimicos tuos ſcabellũ pedũ
tuorũ? Dauid ergo dñm illũ vocat, & quomõ filius ei⁹ eſt? Audiẽ
te vero cũcto pplo dixit diſcipl̃is ſuis : Cauete a ſcribis qui volũt
ambulare in ſtolis, & amant ſalutatiões in foris, ac primas cathe/
dras in ſynagogis, & primos diſcubitus in conuiuijs. Qui deuo/
rãt domos viduarũ, ſimulantes longã orationẽ: Hi accipiẽt dam/
nationem maiorem.

## ¶CAPVT. XXI.

Eſpiciẽs aũt vidit eos q mittebant munera ſua in ga/
r zophylaciũ diuites, Vidit aũt & quandã viduã pau/
perculã mittentẽ illuc ære minuta duo, Et dixit: Vere
dico vobis, quod vidua hęc paup plusq̃ oẽs miſit. Nam omẽs hi
ex eo quod ipſis exuberat, miſerũt in mũera dei: hęc aũt expenu
ria ſua vniuerſam ſubſtantiã quã habebat, miſit. Et qbuſdã dicen
tibus de tẽplo, qđ pulchris lapidib⁹ ac donis ornatũ eſſet, dixit:
Ex his quæ videtis, veniẽt dies in qb⁹ nõ relinquet̃ lapis ſup lapi
dẽ q nõ diruat̃, Interrogauerũt aũt illũ, dicẽtes : Pręceptor, qñ hęc
erunt, & qđ ſignũ qñ iſta futura ſint? At ille dixit: Videte ne ſedu
camini. Multi em̃ venient ſub noĩe meo, dicẽtes, ſe eſſe Chriſtũ, &
tp̃s inſtat, ne igit̃ ſeq̃mini illos. Cæterũ cũ audieritis bella & ſedi/
tiões, nolite terreri, oportet em̃ pri⁹ hęc fieri, ſed nõ ſtati finis. Tũc
dicebat illis: Inſurget gẽs cõtra gentẽ, & regnũ aduerſus regnũ, &
terremotus magni erũt in ſingl̃is locis & fames, ac peſtilẽtiæ, ter/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ticulamētaq́,& ſigna de cœlo magna erūt. Sed ante hęc oīa iniĳci-
ent vobis man⁹ ſuas, & pſequēt, tradētes in cōciliabula & carce-
res, trahētes ad reges ac præſides ꝑpter nomē meū. cōtinget aūt
vobis in teſtimoniū. Habete igit̄ fix⁹ in cordibus vr̄is, nō eſſe pre
meditandā defenſionē, nā ipſe dabo vobis os & ſapientiā, cui nō
poterūt cōtradicere, neq́ reſiſtere oēs q aduerſabunt̄ vobis. Tra-
demi aūt etiā a parētibus & fratrib⁹ & cognatis & amicis, & mor
te afficiēt q̊ſdā ex vobis. Et eritis inuiſi oīb⁹ ꝑpter nomē meū. Et
pilus de capite vr̄o nō perit. Per patiētiā vr̄am poſſidete aīas vr̄as
Cū aūt videritis circūdari ab exercitibus Hieroſolimā, tūc ſcito-
te, qđ immineat deſolatio eius. Tūc q in Iudæa ſūt, fugiāt ad mō
tes: & q in medio ei⁹, diſcedāt: & q in regiōib⁹, nō intrēt in eā: q͞a
dies vltiōis hi ſunt, vt ipleant̄ oia q̄ ſcripta ſunt. Væ aūt pręgnāti
b⁹ & māma nutriētib⁹ in illis dieb⁹, Erit eīm afflictio magna ſup
terrā, & ira in pp̄lo hoc. Et cadent acie gladĳ, & captiui ducēt̄ in
oēs gentes. Et Hieruſalē calcabit̄ a gentibus donec impleant̄ tp͞a
gētiū. Et erūt ſigna in ſole & luna & ſtellis, & i t̄ris anxietas gētiū
p deſperationē, reſonāte mari & fluctu, extabeſcētib⁹ hoībus præ
timore, & expectatiōe eoꝝ q̄ ſupueniēt orbi terraꝝ. Nā v̄tutes cœ
lorū mouebunt̄. Et tūc videbūt filiū hoīs venientē in nube cū po-
teſtate & gl̄ia magna. His aūt fieri incipiētib⁹, ſuſpicite & attoli-
te capita veſtra qm̄ appropinquat redemptio vr̄a. Et dixit illis ſi
militudinē: Videte ficum & omnes arbores, cū protrudunt iam
gēmas, cernentes ex vobiſipſis ſcitis, quod iam inſtet æſtas. Ita &
vos cū videritis hęc fieri, ſcitote quod inſtet regnum dei. Amen

dico vobis, nõ prẹteribit ætas hẹc, anteq̃ oĩa facta fuerint. Cœlũ
& terra tranſibũt, v̄ba aũt mea nõ tranſibũt. Cauete aũt vobis. ne
qñ grauent̃ corda vr̃a crapula & ebrietate, & curis hui⁹ vitẹ, ſubi/
tuſq; vobis ingruat dies ille. Tanquã laqueus em̃ ſuperueniet in
oẽs q ſedent ſup faciẽ tocius terrẹ. Vigilate itaq; oĩ tp̃e, deprecan/
tes, vt liceat vobis effugere iſta oĩa quæ futura ſunt, & ſtare ante
filiũ homĩs. Docebat aũt interdiu in templo, noctu vero exiens
diuerſabat̃ in monte qui vocatur oliuarum. Et omnis populus
diluculo ventitabat ad eum, vt in templo audiret eum.

## ¶CAPVT. XXII.

Nſtabat aũt dies feſt⁹ azymorũ, q dicit̃ paſcha. Et q̃re
i bãt pricipes ſacerdotũ & ſcribæ quõ Ieſũ iterficerẽt,
timebãt em̃ plebẽ. Intrauit aũt ſatanas i Iudã, cui cog/
nomen erat Iſcariotes, qui erat e numero duodeci, abijtq; & locu/
tus eſt cũ principib⁹ ſacerdotũ ac magiſtratibus quẽadmodũ illũ
traderet eis. Et gauiſi ſunt, ac pacti ſũt pecuniã illi ſe daturos. Et
ille ſpopõdit, q̃rebatq; opportũitatẽ, vt traderet illũ illis ſine tur/
ba. Venit aũt dies azymorũ, in qua neceſſe erat immolari paſcha.
Et miſit Petrũ ac Ioannẽ, dicẽs: Eũtes parate nobis paſcha. vt eda
mus. At illi dixerunt ei: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce
introeuntib⁹ vobis in ciuitatẽ occurret hõ qdã vas aquæ teſtaceũ
portãs, ſeqmini eũ in domũ in quã intrat, & dicetis patrifamilias
ædiũ: Dicit tibi magiſter: Vbi ẽ diuerſoriũ, vbi paſcha cũ dicipu
lis meis edã? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculũ magnũ ſtratũ, ibi
parate. Eũtes aũt inuenerũt ſicut dixerat illis, & parauerũt paſcha.

Et cũ iã eſſet tẽpeſtiuũ,accubuit: ac duodecĩ apľi cũ eo.Et ait illis:
Deſyderio deſideraui hoc paſcha comedere vobiſcũ antequã pa-
tiar. Dico em̃ vobis poſthac nõ edã vltra ex eo, donec cõpleatur
in regno dei. Et accepto poculo, gratias egit, ac dixit. Accipite
hoc & diuidite inter vos. Dico em̃ vobis, quod nõ bibam de fru-
ctu vitis, donec regnum dei veniat. Et accepto pane, cum gratias
egiſſet, fregit, ac dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus meũ, q̊d ꝓ vobis
daẽ, hoc facite in mei recordationẽ. Siľr & poculũ poſtq̃ cœna-
uit, dicẽs: Hoc poculũ, nouũ teſtamentũ per ſanguinẽ meũ, qui
ꝓ vobis effundiẽ. Verũtñ ecce manꝰ ꝓdentis me, mecũ eſt in mẽ
ſa. Et filiꝰ q̃dẽ hoĩs ſecũdũ quod definitũ eſt, vadit. verũtamẽ væ
hoĩ illi ꝑ quẽ prodiẽ. Et ipſi cœperũt quærere inter ſeſe, q̃s nã eẽt
ex ipſis, q̃ hoc facturꝰ eſſet. Facta eſt aũt & cõtentio inter eos, q̃s
eorũ videreẽ eſſe maior. Dixit aũt eis: Reges gentiũ dñantur eis,
& q̃ poteſtatẽ hñt ſuper eas, bñfici vocanẽ. Vos aũt non ſic, ſed q̃
maior eſt in vobis, fiat ſicut iunior: & q̃ princeps eſt, ſicut q̃ mi-
niſtrat. Nã vter maior eſt q̃ accũbit, an q̃ miniſtrat? Nõne q̃ accũ-
bit? At ego in medio veſtrũ ſum vt q̃ miniſtrat: Vos aũt eſtis qui
ꝑmanſiſtis mecũ in tẽtationibꝰ meis. Et ego diſpono vobis, ſicut
diſpoſuit mihi pr̃ meꝰ regnũ, vt edatis & bibatis ſuꝑ menſã meã
in regno meo, & ſedeatis ſuꝑ thronos, iudicãtes duodecĩ tribus
Iſrael. Ait aũt dñs: Simõ Simõ, ecce ſatanas expetiuit vos, vt cri-
braret ſicut triticũ, ſed ego rogaui ꝓ te, ne deficiat fides tua, & tu
aliq̃n cõuerſus cõfirma fratres tuos. At ille dixit ei: Dñe, tecũ pa-
ratus ſum & in carcerẽ, & in mortẽ ire. At ille dixit: Dico tibi Pe-

tře,nõ cãtet hodie gallus,priuſq̃ ter abneges te noſſe me. Et dix/
it eis: Qñ miſi vos ſine ſacculo & pera & calciamentis, nũ qd de/
fuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nũc q ha/
bet ſacculũ tollat,ſiřiter & perã. & q nõ habet, vendat tunicã ſuã,
& emat gladiũ. Dico em̃ vobis: qm̃ adhuc hoc quod ſcriptũ eſt
oportet ꝑfici in me: & cũ iniqs deputatus eſt. Etem̃ ea quæ ſũt de
me,finẽ hñt. At illi dixerũt: Dñe,ecce duo gladij hic. At ille dixit
eis: Satis eſt. Et egreſſus ibat, vt erat ſolitus,in montẽ oliuarum,
ſecuti ſunt aũt illũ & diſcipuli. Et cũ ꝑueniſſet ad locũ, dixit illis
Orate,ne intretis in tentationẽ. Et ipſe auulſus eſt ab eis ferme ad
iactũ lapidis,poſitiſq; genibus orabat, dicẽs: Př, ſi vis,trãſfer po/
culũ hoc a me. veruntamẽ nõ mea volũtas,ſed tua fiat. Apparuit
aũt illi angelus de cœlo cõfortans eũ. Et correptus labore, ꝓlixiꝰ
orabat. Et erat ſudor eius ſicut guttę ſanguinis decurrẽtes in terrã
Et cũ ſurrexiſſet a deꝓcatione,veniſſetq; ad diſcipřos ſuos,reperit
eos dormiẽtes præ mœſtitudine. Et ait illis: Quid dormitis? Sur/
gite & orate,ne intretis in tẽtationẽ. Adhuc aũt eo loquente, ecce
turba,& qui vocabatur Iudas,vnus e duodecim, antecedebat eos,
& appropinquauit Ieſu,vt oſcularet̃ eũ. Ieſus aũt dixit illi: Iuda,
oſculo filiũ hoĩs tradis? Videntes aũt hi q circa ipſum erãt,quod
futurũ erat dixerũt ei: Dñe,percutiemus ne gladio? Et percuſſit
vnꝰ ex illis ſeruũ principis ſacerdotũ,& amputauit auriculã eius
dextrã. Reſpõdens aũt Ieſus,ait: Sinite huc vſq;. Et dum tetigiſ/
ſet auriculã eiꝰ, ſanauit eũ. Dixit aũt Ieſꝰ ad eos qui venerãt ad ſe
pricipes ſacerdotũ ac magiſtratꝰ tẽpli & ſeniores: Quaſi ad latro/

nẽ exiſtis cũ gladijs ac fuſtibus? cũ quotidie vobiſcũ fueri in tem-
plo, nõ extẽdiſtis manus in me. Sed hęc eſt hora illa veſtra, & po-
teſtas tenebrarũ. Cõprehẽſum aũt eũ duxerũt, & induxerũt in do
mũ principis ſacerdotũ. Petr⁹ vero ſequebat̃ emin⁹. Cũ aũt accẽ-
diſſent ignem in medio aulæ, atq; vna cõſediſſent, ſedit & Petrus
inter illos. Quẽ cũ vidiſſet ancilla quędã ſedentẽ ad lumen, defix-
is in illũ oculis, dixit: Et hic cũ illo erat: At ille abnegauit eũ, di-
cens: Mulier nõ noui illũ. Et poſt puſillũ alius videns eũ, dixit: Et
tu de illis es. Petr⁹ vero ait: Hõ, nõ ſũ. Et interuallo interiecto fe-
re horæ, vni⁹ alius qdã affirmabat, dicẽs: Vere & hic cũ illo erat,
nã & Galilæus eſt. At ait Petrus: Hõ, neſcio quid dicas. Et con-
tinuo adhuc illo loquẽte cecinit gallus. Et cõuerſus dñs, intuitus
eſt Petrũ. Et recordatus eſt Petrus verbi dñi, quomõ dixerat ip-
ſi: priuſq̃ gallus cecinerit, ter me negabis. Et egreſſus foras Petr⁹
fleuit amare. Et viri q tenebãt Ieſum, illudebãt ei, cædentes, & cũ
circũtexiſſent eũ, percutiebant faciẽ ei⁹, & interrogauerũt eũ, di-
cẽtes: Vaticinare: Quis eſt ille q te pcuſſit? Et alia multa cõuician
tes dicebãt in eũ. Et vt fact⁹ ẽ dies, cõuenerũt ſeniores plebis & pri-
cipes ſacerdotũ & ſcribæ, & duxerũt illũ in conciliũ ſuũ, dicẽtes:
Num tu es ille Chriſtus? dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero,
non credetis, quod ſi etiam interrogauero, non reſpõdebitis mi-
hi, neq; dimittetis. Ex hoc tempore erit filius hominis ſedens a
dextris virtutis dei. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius
dei? Qui ait: Vos dicitis me eſſe. At illi dixerunt: Quid adhuc
deſyderamus teſtimonium? Ipſi enim audiuimus ex ore ipſius,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶CAPVT. XXIII.

T ſurgens vniuerſa multitudo eorū, duxit illū ad Pi/
e latū. Cœperūt aūt illum accuſare, dicentes: Hunc de/
ꝑhendimꝰ euertentē gentē, ac vetantē tributa dare Cę/
ſari dicentē ſe Chriſtū regē eſſe. Pilatus aūt interrogauit eū, dicēs:
Tu es ille rex Iudęorū? At ille reſpondens illi, ait: Tu dicis. Ait
aūt Pilatus ad pricipes ſacerdotū & turbas: Nihil inuenio noxię
in hoc hoīe. At illi inualeſcebant, dicentes: Cōmouet populum,
docēs per vniuerſam Iudæā: exorſus a Galilæa vſqꝫ ad hūc locū.
Pilatus aūt audita mentione Galilææ, interrogauit, nū hō, Galilę
us eſſet. Et vt cognouit, quod ad Herodis ditionē pertineret, re/
miſit eum ad Hærodē, qui & ipſe Hieroſolymis erat ꝑ id tēpus.
Herodes aūt viſo Ieſu, gauiſus eſt valde. Tenebat em̄ multo iam
tꝑe cupiditate videndi illū, eo quod audiret multa de eo, & ſpera
bat ſe ſignū aliquod viſurū ab eo fieri. Interogabat aūt eum mul/
tis ſermonibꝰ. At ipſe nihil illi reſpōdebat. Stabāt aūt principes
ſacerdotū & ſcribæ acriter accuſantes eū. Spreuit illū Herodes
cū exercitibꝰ ſuis, cūqꝫ illuſiſſet indutū veſte ſplendida remiſit ad
Pilatū. Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilatus & Herodes in eodem
die, nā antea ſimultas inter eos interceſſerat. Pilatus aūt cōuocatis
principibus ſacerdotū, & magiſtratibꝰ, ac plebe dixit ad illos. Ob
tuliſtis mihi hūc hoīem, quaſi auertentē populū, & ecce ego corā
vobis interrogans, nullū crimen inuenio in homīe iſto ex his de
quibꝰ accuſatis eū: ſed ne Herodes quidē nā remiſi vos ad illū, &
ecce nihil dignū morte actū eſt ei. Emēdatū ergo illum dimittā.

Neceſſe autē habebat dimittere eis in feſto vnū. Exclamauit au-
tē ſimul vniuerſa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Ba-
rabbam: qui erat ꝓpter ſeditionē quandā factā in ciuitate & ho-
micidiū coniectus in carcerē. Iterū aūt Pilatus locutus eſt ad eos,
volēs dimittere Ieſum. At illi clamabant, dicētes: Crucifige, cru-
cifige eū. Ille aūt tertio dixit ad illos: Quid em̄ mali fecit hic? Nul
lū crimen capitale cōperio in eo, caſtigatū ergo dimittā illū. At il-
li inſtabāt vocibꝰ magnis, poſtulantes vt crucifigeret̄, & inuale-
ſcebant voces eorū, ac ſummorū ſacerdotū. Et Pilatus adiudica-
uit vt fieret q̄d illi poſtulabant. Dimiſit aūt illis eū, q ꝓpter ſedi-
tionē & homicidiū coniectus fuerat in carcerē, quē popoſcerant,
Ieſum vero tradidit arbitrio eoꝝ. Et cū aducerent eū, apprehen-
derūt Simonē quēdā Cyrenēſem veniētē e rure, & impoſuerūt illi
crucē vt portaret poſt Ieſū. Sequebat̄ aūt illū multa turba popu-
li ac mulierū, quæ plangebāt & lamētabant̄ eū. Cōuerſus aūt ad
illas Ieſus, dixit: Filię Hieruſalē, nolite flere ſup̱ me, ſed ſup̱ vobiſ
ipſis flete, & ſup̱ filijs vr̄is. Qm̄ ecce veniēt dies in q̄bꝰ dicēt: Bea-
tæ ſteriles, & vētres q nō genuerūt, & vbera quæ nō lactauerunt.
Tunc incipiēt dicere mōtibus: Cadite ſup̱ nos: & collibꝰ, operite
nos. Quia ſi in humido ligno hæc faciūt, in arido quid fiet? Duce
bant̄ aūt & alij duo facinoroſi cū eo vt interficerent̄. Et poſtq̄ ve-
nerunt in locū, q vocat̄ Caluaria, ibi crucifixerūt eū, & facinoro-
ſos, vnū a dextris, alterū a ſiniſtris. Ieſus aūt dicebat: Pr̄, remitte il
lis, neſciūt em̄ q̄d faciunt. Diuidētes v̄o veſtimēta eiꝰ, miſerūt ſor-
tē. Et ſtabat pp̄lus ſpectās, & deridebāt eū pricipes cū eis, dicen-

T

tes: Alios ſernauit, ſeruet ſeipſũ, ſi hic eſt ille Chriſtꝰ, ille dei electꝰ
Illudebant aũt ei & milites accedẽtes, & acetũ offerentes ei, dicen-
teſq; : Si tu es ille rex Iudęorũ, saluũ te fac. Erat aũt & inſcriptio
ſcripta ſup eum lr̃is Græcis, & Latinis, & Hæbraicis: Hic eſt rex
Iudęorũ. Vnus aũt de his q pẽdebãt facinoroſorũ, conuitia dice-
bat in eũ, dicẽs: Si tu es Chriſtus, ſerua teipſũ & nos. Reſpõdens
aũt alter, increpabat eũ, dicẽs: Ne times qdẽ tu deũ, qđ in eadẽ dã
natione es? Et nos qdẽ iuſte, nã digna factis recepimus, hic vero
nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Dñe, memẽto mei, cũ vene
ris in regnũ tuũ. Et dixit illi Ieſus: Amẽ dico tibi, hodie mecũ eris
in paradiſo. Erat aũt fere hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt ſuper
totã terrã vſq; ad horã nonã. Et obſcuratus eſt ſol, & velũ templi
ſciſſum eſt mediũ. Et cũ clamaſſet voce magna eſus, ait: Pr̃, in ma
nꝰ tuas cõmẽdabo ſpiritũ meũ. Et hæc cũ dixiſſet, expirauit. Cũ
vidiſſet aũt centurio, qđ accidit, glorificauit deum, dicens: Vere
hic hõ iuſtus erat. Et oẽs turbæ eorũ q ſimul acceſſerãt ad ſpecta
culũ iſtud, & viderãt q̃ cõtingebãt, ꝑcutientes pectora ſua, reuer-
tebant. Stabãt aũt oẽs noti eiꝰ ꝓcul, & mulieres q̃ ſecutæ eũ erant
a Galilæa hæc videntes. Et ecce vir noie Ioſep, hdecurio, qui erat
vir bonus ac iuſtus, hic nõ cõſenſerat cõſilio ac facto eorũ, oriun-
dus ab Arimathęa ciuitate Iudæorũ, q exſpectabat & ipſe regnũ
dei: Hic acceſſit ad Pilatũ & poſtulauit corpꝰ Ieſu, & depoſitũ in
uoluit ſindoni & poſuit illud in monumẽto qđ erat in lapide ex-
ciſũ, in q̊ nõdũ qſq̃ poſitꝰ fuerat. Et dies erat paraſceue, & ſabba-
tũ illuceſcebat. Subſecutę aũt mulieres q̃ cũ ęo venerant de Gali-

læa, viderũt monumẽtũ, & quẽadmodũ poſitũ erat corp⁹ ei⁹, Reuerſæ vero, parauerũt aromata & vnguẽta, ac ſabbato qdẽ quieuerũt ſecundum præceptũ. ¶CAPVT. XXIIII.

Vno aũt ſabbatorũ ꝓfundo crepuſculo, venerũt ad monumentũ, portantes q̃ parauerãt aromata, & nonnullæ cum illis. Repperẽrũt aũt lapidẽ reuolutũ a monumẽto, & ingreſſę nõ inueneñt corp⁹ dñi Ieſu. Et factũ eſt dũ mẽte cõſternatæ eſſent de hoc, ecce duo viri ſteterũt iuxta illas in veſtibus fulgurantib⁹. Cũ expauiſſent aũt, & declinarent vultũ in terrã, dixerũt ad illas: Quid quæritis, viuentẽ cũ mortuis? Non eſt hic, ſed ſurrexit. Recordamini vt dixerit vobis, cũ adhuc in Galilæa eſſet, dicẽs, qđ oportuerit filiũ hoĩs tradi in man⁹ hoĩm peccatorum, & crucifigi, & die tertio reſurgere. Et recordatę ſunt ṽborũ eius, & regreſſæ a monumẽto nunciauerunt hæc oĩa illis vndecim, & cœteris oĩb⁹ Erat aũt Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi, & cæteræ q̃ cũ eis erãt, q̃ dicebant ad apł'os hæc Et viſa ſunt ap đ illos ceu deliramẽtũ verba illarũ, neq; crediderũt illis. Petr⁹ aũt ſurgẽs cucurrit ad monumẽtũ, & ꝓſpiciẽs vidit linteamina ſola poſita, & abijt, apud ſemetipſũ mirans qđ acciderat Et ecce duo ex illis ibãt eodẽ die in caſtellũ, qđ aberat ſpatio ſtadiorũ ſexaginta ab Hieroſolymis, noĩe Emaus, & ipſi confabulabãt inter ſe de his oĩb⁹ q̃ acciderãt. Et factũ eſt dũ cõfabularent, ac diſputarẽt, & ipẽ Ieſus ap ꝓpinquãs ibat vna cũ illis. Cæteꝝ ocłi illoꝝ tenebãt, ne eũ agnoſcerẽt. Et ait ad illos: Qui ſũt hi ſermones quos cõfertis inter vos ambulantes, & eſtis triſtes? Ac re

ſpõdens vnꝰ, cui nomē Cleophas, dixit ei: Tu ſolꝰ peregrinus es Hieroſolymis, neq; cognouiſti q̄ facta ſunt illic his diebus? Qui/bus ille dixit: Quę? Et dixerūt ei: De Ieſu Nazareno, q̨ fuit vir ꝓ/pheta, potens oꝑe & ſermōe corā deo & toto ppl'o: & quō eū tra/diderūt ſūmi ſacerdotes, & pricipes nr̄i in cōdēnationē mortis, & crucifixerūt eū. Nos aūt ſperabamꝰ, eū eſſe illū q̨ redēpturꝰ eſſet Iſrael. Atq; ſuꝑ hæc oīa tertiꝰ dies eſt hodie, q̊d hęc facta ſunt. Sed & mulieres q̄dam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ dilu/culo ꝑuenerūt ad monumentū, & nō inuēto corꝑe eius, venerunt, dicētes, ſe etiā viſionē angelorū vidiſſe, qui dicerēt, eū viuere. Et abierūt q̨dā eorū qui erāt nobiſcū ad monumētū, & ita repererūt, ſicut mulieres dixerāt, ip̄m ꝩo nō viderunt. Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credēdū in oībus, q̄ locuti ſūt ꝓphetæ: Nōne hæc oportuit pati Chriſtū, & intrare in gloriā ſuā? Et exor/ſus a Moſe & oībus ꝓphetis, interp̄tabat̄ illis in oībꝰ ſcripturis q̄ de ip̄o erāt. Et appꝓpinquauerūt caſtello q̊ ibāt, & ipſe p̄ſeferebat ſe longiꝰ ire. Et coegerūt illū, dicētes: Mane nobiſcū, qm̄ vergit ad veſꝑā, & inclinatꝰ eſt dies. Et intrauit vt maneret cū illis. Et factū eſt dū accūberet cum eis, accepit panē benedixit ac fregit, & por/rigebat illis. Et aperti ſunt oculi eoꝝ, & agnouerūt eū, & ipſe eua/nuit a cōſpectu eorū, Et dixerūt inter ſe: nōne cor nr̄m ardebat in nobis, dū loq̄ret̄ nobꝭ in via, & apiret nobꝫ ſcripturas? Et ſurgētes eadē hora regreſſi ſunt Hieroſolymā, & inueneſt cōgregatos vnde/ci, & eos q̨ cū ill' erāt, dicētes: Surrexit dn̄s ꝩe, & apparuit Simōi. Et ipſi narrabāt q̄ geſta erāt in via & quō fuiſſet agnitꝰ ſibi in fra/

ctione panis. Dum aũt hęc loquunt̃, ſtetit Ieſus ipſe in medio eo-
rum, & dicit eis: Pax vobis. Expauefacti vero & conterriti, exiſti-
mabant ſe ſpiritũ videre, Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogi-
tationes aſcendunt in cordibus veſtris? Videte manus meas &
pedes meos, quia ego ipſe ſum. Contrectate me & videte, quia
ſpiritus carnẽ & oſſa non habet. ſicut me videtis habere. Et cum
hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac pedes. Adhuc aũt illis nõ cre-
dẽtibus pręgaudio & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid
edulij? At illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & aliquid de fauo
apiario. Et accepit, & in conſpectu illorum cõmedit. Et dixit ad
eos: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cũ adhuc eſſem vo
biſcũ: quod neceſſe foret impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege
Moſi, & prophetis, & pſalmis de me. Tunc aperuit illorũ men-
tẽ, vt intelligerẽt ſcripturas, & dixit eis: Sic ſcriptũ eſt, & ſic opor
tebat Chriſtũ pati, & reſurgere a mortuis tertio die, & prædicari
ſub noĩe eius pœnitentiã ac remiſſionẽ peccatorũ in oẽs gentes,
initio facto ab Hieroſolymis. Vos aũt eſtis teſtes horum. Et ecce
ego mitto promiſſum patris mei ſuper vos. Vos aũt ſedete in ci-
uitate Hieruſalem, quoaduſꝗ induamini virtute ex alto. Eduxit
aũt eos foras vſꝗ in Bethaniã, & ſublatis in altũ manibus ſuis, be
nedixit eis. Et factũ eſt dũ benediceret illis, receſſit ab eis, ac fere-
batũ in cœlũ. Et ipſi adorato eo, regreſſi ſunt Hieroſolymã cũ gau
dio magno, & erãt ſp in tẽplo, laudãtes & bñdicẽtes deũ. Amen.

EVANGELII. SECVNDVM
LVCAM FINIS.

# VITA SANCTI IOANNIS PER DI-
# VVM HIERONIMVM.

IOannes apoſtolus, quē Ieſus amauit plurimū, filius
Zebedæi, frater Iacobi apoſtoli, quē Herodes poſt paſ
ſionē domini decollauerat, nouiſſimus oīm ſcripſit
euangeliū, rogatus ab Aſiæ epiſcopis aduerſ⁹ Cerin-
thū, alioſq́ʒ hæreticos, & maxīe tūc Ebionitarū dogma cōſurgēs
qui aſſerunt Chriſtū ante Mariā non fuiſſe. Vnde & cōpulſus eſt
diuinam eius natiuitatē edicere. Sed & aliam cauſam huius ſcrip
turę ferūt, quod cum legiſſet, Matthæi, Marci & Luce volumina,
probauerit quidē textum hiſtoriæ. & vera eos dixiſſe firmauerit
ſed vnius tantum anni, in quo & paſſus eſt poſt carcerem Ioānis
hiſtoriā texuiſſe. Prætermiſſo itaq́ʒ anno, cuius acta a tribus ex-
poſita fuerant, ſuperioris tēporis antequā Ioannes clauderet̄ in
carcerem, geſta narrauit, ſicut manifeſtū eſſe poterit his qui dili-
genter quatuor euangeliorum volumīa legerint. Quæ res etiam
Διαφωνιαμ quę videtur Ioannis eſſe cum cæteris, tollit. Scripſit
autem & vnam epiſtolam, cuius exordiū eſt: Quod fuit ab initio,
quod audiuimus & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus
& manus noſtræ cōtrectauerunt de verbo vitæ: quæ ab vniuerſis
eccleſiaſticis & eruditis viris probatur. Relique autē duæ, quaꝝ
principiū eſt: Senior electæ dominæ & natis eius, & ſequentis,
Senior Caio chariſſimo, quē ego diligo in veritate: Ioannis preſ
byteri aſſeruntur, cuius & hodie alterū ſepulchrū apud Epheſum
oſtenditur, nonnulli putant duas memorias eiuſdē Ioannis euan
geliſtæ eſſe, ſuper qua re cū ꝑ ordinē ad Papiam auditorem eius
ventum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur anno, ſecundā
poſt Neronem perſecutionē mouente Domitiano, in Patmos in
ſulam relegatus, ſcripſit Apocalypſim, quā interpretantur Iuſti-
nus martyr & Hiereneus. Interfecto aūt Domitiano & actis eius
ob nimiam crudelitatem a ſenatu reſciſſis, ſub Pertinace princi-
pe redit Epheſum, ibiq́ʒ vſq́ʒ ad Traianum principem perſeue-
rans, totas Aſiæ fundauit, rexitq́ʒ eccleſias, & confectus ſenio,
ſexageſimooctauo poſt paſſionem domini anno mortuus, iuxta
eandem vrbem ſepultus eſt.

# EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

I N PRINCIPIO ERAT SERMO
& ſermo erat apud deum, & deus erat ille ſer-
mo. Hic erat in principio apud deum. Omnia
per ipſum facta ſunt: & ſine eo factum eſt ni-
hil, quod factum eſt. In ipſo vita erat, & vita
erat lux hoim, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ apphen-
derũt. Erat hõ miſſus a deo, cui nomen Ioannes. Hic venit ad te-
ſtificãdũ, vt teſtaretẽ de luce, vt oẽs crederẽt per ipſum. Nõ erat ille
lux illa, ſed miſſus erat, vt teſtaretur de luce. Erat lux illa, lux ve-
ra: quæ illuminat oẽm hoiem vnnientẽ in mundũ. In mũdo erat,
& mundus per ipſum factus eſt, & mundus eũ non cognouit. In
ſua venit. & ſui eũ non receperũt. Quotquot aũt receperũt eũ, de
dit eis vt liceret filios dei fieri, videlicet his ꝗ credidiſſent in no-
men ipſius: Qui nõ ex ſanguinibꝰ, neq; ex voluntate carnis, neq;
ex voluntate viri, ſed ex deo nati ſunt. Et ſermo ille caro factus
eſt, & habitauit in nobis, & conſpeximus gloriã eius, gloriã ve-
lut vnigeniti a patre, plenus gratia & veritate. Ioannes teſtatẽ de
ipſo, & clamat, dicens: Hic erat de quo dicebã, qui cũ me ſequere
tur, anteceſſit me, qa prior me erat. Et de plenitudine eiꝰ nos oẽs
accepimus, & grãm ꝓ grã, qa lex per Moſen data eſt, grã & veri-
tas ꝑ Ieſum Chriſtũ exorta eſt. Deũ nemo vidit vnquã: Vnigeni-
tus filius, ꝗ eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et hoc eſt teſtimoniũ
Ioannis, qñ miſerant Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leui-
tas, vt interrogarent eum: Tu ꝗ es? Et cõfeſſus eſt, & non negauit

Et confeſſus eſt, inquiẽs, nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerũt
eũ: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Non ſum. Es tu prophe
ta ille? Et reſpõdit: Nõ. Dixerũt ergo ei: Quis es, vt reſpõſum
demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de te ipſo? Ait: Ego vox
clamãtis in deſerto, dirigite viã dñi, ſicut dixit Eſaias ꝓpheta. Et
qui miſſi fuerant, erant ex phariſæis. Et interrogauerũt eũ, ac dix
erunt ei: Cur ergo baptizas, ſi tu nõ es Chriſtus, neqꝫ Helias, neqꝫ
ꝓpheta? Reſpõdit eis Ioãnes, dicens: Ego baptizo aqua, ſed me-
dius vrm̃ ſtat quẽ vos neſcitis. Ipſe eſt qui cũ me ſequeretꝰ ante-
ceſſit me, cuius ego non ſum dignus vt ſoluã corrigiã calciamen-
ti. Hæc in Bethabara facta ſunt trans Iordanẽ, vbi Ioannes bap-
tizabat. Poſtero die vidit Ioãnes Ieſum venientẽ ad ſe, & ait: Ecce
angnus ille dei, qui tollit peccatũ mundi. Hic eſt de quo dicebã:
Poſt me venit vir, qui me anteceſſit, ꝗa prior me erat, & ego neſ-
ciebam eũ, ſed vt manifeſtus fiat Iſraeli, propterea veni ego aqua
baptizans. Et teſtatus eſt Ioannes, dicẽs: Vidi ſpiritũ deſcendentẽ
ſpecie columbœ de cœlo, & manſit ſuper eũ, & ego nõ noueram
eũ, ſed ꝗ miſit me vt baptizarẽ aqua, is mihi dixit: Suꝑ quẽ vi-
deris ſpm̃ deſcendentẽ ac manentẽ ſuper eũ, hic eſt qui baptizat
ſpũ ſancto. Et ego vidi & teſtaus ſum, hunc eſſe filiũ dei. Poſtero
die iterum ſtabat Ioannes, & ex diſcipulis eius duo, & intuitus
Ieſum ambulantem, dicit, Ecce angnus ille dei. Et audierunt eum
duo diſcipuli loquentẽ, & ſecuti ſunt Ieſũ. Cõuerſus aũt Ieſus, &
cõſpicatus eos ſequentes ſe, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixe-
runt ei: Rabbi, quod dicitꝰ, ſi interpreteris, magiſter, vbi habitas?

Dicit eis : Venite & videte. Venerunt, videruntq́ꝫ vbi maneret & apud eum mãſerunt die illo:Hora autem erat ferme decima.Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant a Ioanne, & ſecuti fuerant eũ. Reperit hic prior fratrẽ ſuũ Simonẽ,& dicit ei:Inuenim⁹ Meſſiã,quod eſt, ſi interpreteris, vnctus. Et adduxit eũ ad Ieſũ.Intuitus eũ Ieſus,dixit:Tu es Simon filius Iona,Tu vocaberis Cephas,q̃d ſonat,ſi interpreteris,lapis.Poſtero die voluit Ieſus exire in Galilæã,& reperit Philippũ,& dicit ei:Sequere me.Erat aũt Philippus a Bethſaida ciuitate Andreæ & Petri,Reperit Philippus Nathanaæl,& dicit ei:De quo ſcripſit Moſes in lege & prophetæ,inuenimus Ieſũ filiũ Ioſeph Nazarenũ. Et dixit ei Nathanael : A Nazareth põt aliquid boni eſſe? Dicit ei Philippus:Veni & vide.Vidit Ieſus Nathanael venientẽ ad ſe,& dicit de eo:Ecce vere Iſraelita,in quo dolus nõ eſt. Dicit ei Nathanael:Vnde me noſti?Reſpondit Ieſus,& dixit ei:Priuſq̃ te Philipp⁹ vocaret cũ eſſes ſub ficu,videbã te. Reſpõdit Nathanael,& ait ei:Rabbi,tu es ille fili⁹ dei,tu es ille rex Iſrael.Reſpõdit Ieſus,& dixit ei:Quia dixi tibi,videbã te ſub ficu, credis:maiora his videbis.Et dicit ei : Amen amẽ dico vobis:poſthac videbitis cœlũ apertũ,& angelos dei aſcẽdẽtes ac deſcẽdẽtes ſup̃ filiũ hoĩs.

## ¶CAPVT. II.

e T die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilęæ, & erat mr̃ Ieſu ibi. Vocatus eſt aũt & Ieſus ac diſcipuli eius ad nuptias. Et vbi defeciſſet vinũ, dicit mr̃ Ieſu ad eũ : Vinũ non hñt. Dicit ei Ieſus. Quid mihi tecũ eſt mulier?Nodũ venit hora

mea. Dicit mr̄ ei⁹ miniſtris: Q̄dcū̄q dixerit vob̄, facite. Erāt aūt
ibi lapideę hydrię ſex poſitę ſcd̄m purificationē Iudęo℞, capiētes
ſingulæ metretas binas aut ternas. Dicit eis Ieſus: Implete hydri
as aq̄. Et ipleuerūt eas vſq ad ſummū. Et dicit eis: Infundite nūc,
& ferte architriclino: & tulerūt. Poſtq̄ aūt guſtaſſet architriclinus
aquā in vinū v̄ſam neq ſciret vn̄ eſſet, ſed miniſtri ſciebāt q̄ hauſe
rāt aquā, vocat ſpōſum, & dicit ei: Ois hō primo loco bonū vinū
ponit, & cū inebrietati fuerint, tūc id qd̄ deterius eſt. Tu ſeruaſti
bonū vinū vſq ad hoc tempus. Hoc ædidit initiū ſignorū Ieſus
in Cana Galilææ, & manifeſtauit gloriā ſuā, & crediderunt in eū
diſcipuli ei⁹. Poſt hæc deſcendit Capernaū ipſe & mater eius, &
fratres ei⁹ & diſcipuli eius, & ibi manſerūt non multis diebus, Et
in ꝓpinquo erat paſcha Iudęorū, & aſcendit Ieſus Hieroſolimā
& reperit in templo eos qui vēdebant boues & oues & colum-
bas, & numularios ſedentes. Et cū feciſſet flagellū e funiculis, om
nes eiecit e tēplo, oues ſimul ac boues, & numulariorū effudit ęs
menſaſq ſubuertit. Et his qui columbas vendebāt, dixit: Aufer
te iſta hinc, nec facite domū patris mei, domū mercatus. Recor-
dati vero ſunt diſcipuli eius, quod ſcriptū eſt: Zelus domus tuæ
exedit me. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod ſig-
nū oſtendis nobis, quod iſta facias? Reſpondit Ieſus, & dixit eis,
Deſtruite tēplū hoc, & in tribus diebus erigā illud. Dixerunt er-
go Iudæi: Quadraginta & ſex annis extructū eſt tēplum hoc, &
tu in tribus diebus eriges illud? At ille dicebat de templo corpis
ſui. Cū ergo reſurrexiſſet e mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quod hoc dixiſſet, & crediderũt ſcripturæ, & ſermoni quẽ dixe-
rat Ieſ9. Cũ aũt eſſet Hieroſolymis in paſcha in die feſto, mlti cre
diderũt in nomen eius, videntes ſigna eius quæ ædebat. Ipſe aũt
Ieſus nõ credebat ſemetipſum eis, eo qđ ipſe noſſet oẽs, nec op9
haberet, vt quiſq̃ teſtaret̃ de hoïe. Ipſe em̃ ſciebat, qd eſſet in hoïe

## ¶CAPVT. III.

e Rat autem homo ex phariſæis, Nicodemus nomine,
princeps Iudæorũ. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit
ei: Rabbi, ſcimus quod a deo veneris magiſter. Ne-
mo enim poteſt hæc ſigna facere, quæ tu facis, niſi fuerit deus cũ
eo. Reſpõdit Ieſus, & dixit ei: Amẽ amẽ dico tibi: niſi quis natus
fuerit e ſupernis, nõ põt videre regnũ dei. Dicit ad eum Nicode-
mus: Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex? Num poteſt
in ventrem matris ſuæ iterũ introire, ac naſci? Reſpondit Ieſus:
Amẽ amẽ dico tibi: niſi qs natus fuerit ex aqua & ſpũ, nõ põt in-
troire in regnũ dei. Quod natũ eſt ex carne, caro eſt: & qđ natum
eſt ex ſpiritu, ſpũs eſt. Ne mireris, qđ dixi tibi, oportet vos naſci
e ſupnis. Spirit9 vbi vult ſpirat, & vocẽ eius audis, ſed neſcis vnde
veniat, & quo vadat. Sic eſt oïs qui natus eſt e ſpiritu, Reſpondit
Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpon-
dit Ieſus, & dixit ei: Tu es ille magiſter Iſraelis, & hæc ignoras?
Amen amen dico tibi: quod ſcimus, loquimur: & quod vidimu9
teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi
vobis, & non creditis, quomodo ſi dixero vobis cœleſtia credi-
turi ſitis? Et Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit e

cœlo,filius hoīs,qui eſt in cœlo. Et ſicut Moſes exaltauit ſerpen/
tē in deſerto, ita exaltari oportet filiū hoīs : vt oīs qui credit in eū,
nō pereat,ſed habeat vitā æternā. Sic em̄ deus dilexit mundū, vt
filiū ſuū vnigenitū daret : vt oīs qui credit in eū,nō pereat,ſed ha/
beat vitā æternā. Nō em̄ miſit deus filiū ſuum in mundū, vt con
demnet mundū,ſed vt ſeruet̄ mundus per eū. Qui credit in eum,
non cōdemnat̄. Qui vero non credit,iam condemnatus eſt, quia
non credit in nomine vnigeniti filij dei. Hæc eſt aūt condemna/
tio,quod lux venit in mūdū, & dilexerūt hoīes magis tenebras q̄
lucē. Erant em̄ eorū mala opera. Omnis enim qui male agit,odit
lucē:nec venit ad lucē,ne arguant̄ opera ipſius. Qui aūt operatur
veritatē,venit ad lucē: vt cōſpicua fiant facta ipſius,q̄d per deum
ſint facta. Poſt hæc venit Ieſus & diſcipuli eiꝰ in terrā *Iudæā*, &
illic morabat̄ cū eis,ac baptizabat. Baptizabat aūt & Ioannes in
Aenon iuxta Salim,quia aquæ multæ erant illic,& veniebant ac
baptizabantur. Nondū em̄ coniectus fuerat Ioannes in carcerē.
Orta eſt aūt quæſtio ex diſcipulis Ioannis cū Iudæis de purifica
tione. Et venerūt ad Ioannē,& dixerunt ei:Rabbi, qui erat tecum
trans Iordanē, cui tu teſtimoniū perhibuiſti, ecce is baptizat,&
oēs veniunt ad eum. Reſpondit Ioannes,& dixit:Non poteſt ho/
mo accipere quicq̄,niſi fuerit ei datū e cœlo. Ipſi vos teſtes eſtis,
quod dixerim:nō ſum ego Chriſtus,ſed miſſus ſū ante illū. Qui
habet ſponſam, ſponſus eſt: amicus aūt ſponſi qui ſtat & audit
eū,gaudio gaudet ꝓpter vocē ſponſi, hoc ergo gaudium meū im
pletum eſt, illum oportet creſcere, me vero minui. Qui e ſuper/

nis venit, ſupra oēs eſt. Qui e terra profectus eſt, terrenus eſt, & e terra loquit̄. Qui e cœlo venit ſupra om̄es eſt: & quod vidit & audiuit, hoc teſtat̄, & teſtimoniū eius nemo accipit. Qui accepit eius teſtimoniū, is obſignauit, quod deus verax ſit. Nā is quem miſit deus, verba dei loquit̄: Nō em̄ huic ad menſurā dat deus ſpiritū. Pater diligit filiū, & oīa dedit illi in manū. Qui credit in filiū habet vitā æternā: qui aūt incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira dei manet ſuper eum.

## ¶CAPVT. IIII.

V T ergo cognouit dn̄s, audiſſe phariſæos, quod Ieſus plures diſcipulos faceret, & baptizaret, q̄ Ioannes: quanq̄ Ieſus ipſe nō baptizaret, ſed diſcipuli eius: reliquit Iudæā, & abijt iterū in Galilæā. Oportebat aūt eū tranſire per Samariā. Venit ergo in ciuitatē Samariæ, quæ dicit̄ Sychar, iuxta prędiū, quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat aūt ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſup fontē: Hora erat ferme ſexta: Venit mulier Samaritana, vt hauriret aquā. Dicit ei Ieſus: Da mihi qđ bibā. Nā diſcipuli ei⁹ abierant in ciuitatē, vt cibos emerēt. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cū ſis, potū a me poſcis quæ ſum mulier Samaritana? Nō em̄ cōmerciū habēt Iudæi cū Samaritanis: Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires donū dei, & qs ſit qui dicit tibi: Da mihi quod bibā: tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquā viuā. Dicit ei mulier: Dn̄e, neq; quo haurias, habes: & puteus profundus eſt, vnde ergo habes aquā illā viuā? Num tu maior es patre no-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtro Iacob, q dedit nobis puteũ, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, &
pecora ei⁹? Reſpõdit Ieſus, & dixit ei: Oĩs q bibit ex aq̃ hac, ſitiet
iterũ. Quiſq́s aũt biberit ex aqua quã ego dabo ei, non ſitierit in
æternũ: ſed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquę ſaliẽtis in vi
tã ęternã. Dicit illi mulier: Dñe, da mihi iſtã aquã vt nõ ſitiã, neq̃
veniã huc ad hauriendũ. Dicit ei Ieſus: Vade, voca virũ tuum, &
veni huc. Reſpondit mulier, & dixit ei: Non habeo virũ. Dicit ei
Ieſus: Bñ dixiſti, non habeo virũ. Quinq́ enim viros habuiſti, &
nunc quẽ habes, nõ eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier:
Dñe, video quod propheta es tu. Patres nr̃i in monte hoc adora-
uerũt, & vos dicitis: q̃d Hieroſolymis eſt loc⁹, vbi oporteat ado-
rare. Dicit ei Ieſus: Mulier, crede mihi, venit hora qñ neq́ in mon
te hoc, neq́ Hieroſolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod
neſcitis, nos adoramus quod ſcimus, q͞a ſalus ex Iudæis eſt. Sed
venit hora & nũc eſt, qñ veri adoratores adorabunt patrẽ ſpiritu
ac veritate. Nã & pr̃ tales quærit q adorẽt ipſũ. Spũs eſt deus, &
eos q adorant eũ, ſpiritu ac veritate oportet adorare. Dicit ei mu
lier: Scio q̃d Meſſias venturus eſt, q dicit̃ Chriſt⁹, cũ ergo venerit
ille, nobis nunciabit oĩa. Dicit ei Ieſus: Ego ſum q loquor tibi. Et
cõtinuo venerunt diſcipuli ei⁹, & mirabant̃, q̃d cum mulieri lo-
queret̃. Nemo tñ dixit: quid quæris, aut cur loquæris cũ ea? Re-
liquit ergo hydriã ſuã mulier, & abijt in ciuitatẽ, & dicit illis hoi-
bus: Venite videte hoiem, qui dixit mihi oĩa quæcunq́ feci, num
hic ẽ ille Chriſt⁹? Exierũt ergo e ciuitate, & veniebãt ad eũ. Inte-
rea rogabant eum diſcipuli, dicẽtes: Rabbi, comede. Illi aũt dixit

eis:Ego cibũ habeo comedendũ,quẽ vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli inter ſe: Nunquis attulit ei qđ ederet? Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, vt faciã qđ vultis q miſit me,& pficiã opus eius. Nõne vos dicitis:adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis veniet? Ecce dico vobis,attollite oculos vr̃os, & videte regiones, quoniã albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui metit, mercedẽ accipit: & congregat fructũ in vitam æternã: vt & qui ſeminat ſimul gaudeat, & qui metit. In hoc enim eſt ſermo verus, quod alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi vos ad metendum, quod vos non laboraſtis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi crediderũt in eum Samaritanorũ ꝓpter ſermonem mulieris,teſtificantis, qđ dixiſſet ſibi oĩa,quæcũq; feciſſet. Cũ veniſſent ergo ad illũ Samaritani,rogauerunt eũ vt apud ſe maneret. & manſit ibi duos dies. Ac multo plures crediderũt ꝓpter ſermonẽ ipſius.& mulieri dicebãt: Iam nõ ꝓpter tuã orationẽ credimus ipſi em̃ audiuimus,& ſcim⁹,qđ hic eſt vere ſeruator mundi Chriſtus. Poſt duos aũt dies exijt inde,& abijt in Galilęã. Ipſe em̃ Ieſus teſtat⁹ eſt qđ ꝓpheta ĩ ſua patria honorẽ nõ haberet. Cũ ergo veniſſet in Galilæã, exceperunt eũ Galilæi, cũ omnia vidiſſent, quæ fecerat Hieroſolymis in die feſto. & ipſi em̃ venerant ad diem feſtum. Venit ergo Ieſus iterũ in Cana Galilææ,vbi fecerat ex aqua vinum. Et erat quidam regul⁹,cui⁹ fili⁹ infirmabat Capernaũ. Hic cũ audiſſet,qđ Ieſ⁹ adueniſſet a Iudęa in Galilæã, abijt ad eũ,& rogabat eũ, vt deſcẽderet, ac ſanaret ipſius filium: Siquidem is agebat animam. Dixit ergo

Ieſus ad eũ: Niſi ſigna & ꝓdigia videritis nõ creditis. Dicit ad eũ
regulꝰ: Dñe, deſcẽde priuſq̃ moriatᷣ filiꝰ meꝰ. Dicit ei Ieſus: Vade,
filius tuus viuit. Credidit hõ ſermoni quẽ dixerat ei Ieſus & ibat.
Iam aũt eo deſcendente, ſerui occurrunt ei, & nunciauerũt, dicen-
tes: Filius tuus viuit. Sciſcitatus eſt ergo horã ab eis, in qua me-
lius habuiſſet. Et dixerũt ei: heri hora ſeptima reliquit eũ febris.
Cognouit ergo pr̃, quod illa hora erat, in qua dixiſſet ſibi Ieſus,
filiꝰ tuus viuit, & credidit ipſe & domus eius tota. Hoc iterum
ſecundum ſignũ ædidit Ieſus cum veniſſet a Iudæa in Galilæam.

## ¶CAPVT. V.

P Oſt hæc erat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus
Hieroſolymã. Eſt aũt Hieroſolymis ad probaticam
piſcina, quæ nominatᷣ Hebraice bethſeda, quinqꝫ por-
ticus habens, in his iacebat multitudo magna languentiũ, cæcoꝝ
claudorũ, aridorũ, expectantiũ aquæ motũ. Angelꝰ eñ deſcende-
bat certo tꝑe in piſcinã & turbabat aquã. Itaqꝫ qui primꝰ deſcen-
diſſet poſt turbationẽ aquæ, ſanus fiebat, a quocunqꝫ detinebatur
morbo. Erat aũt quidã hõ illic, qui triginta & octo annos mor-
bo tenebatᷣ. Hunc cũ vidiſſet Ieſus decũbentẽ, & cognouiſſet, qđ
iam multũ tꝑis morbo teneretᷣ, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpõdit
ei languidus: Dñe, hoiem nõ habeo, vt cum turbata fuerit aqua.
mittat me in piſcinã. Sed interim dũ ego venio, iã alius añ me de-
ſcendit. Dicit ei Ieſus: Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula. Et ſta-
tim ſanus factus eſt hõ ille, & ſuſtulit grabatũ ſuũ, & ambulabat.
Erat aũt ſabbatũ in die illo. Dicebãt ergo Iudæi ei, qui ſanatꝰ fue-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rat: Sabbatū eſt, nō licet tibi tollere grabatū. Reſpondit eis: Qui me ſanū fecit, is mihi dixit: tolle grabatū tuū, & ambula. Interrogauerūt ergo eum: Quis eſt ille hō, qui dixit tibi, tolle grabatum tuū, & ambula? Is aūt qui ſanus fuerat effectus neſciebat qs eſſet. Ieſus em̄ ſubduxit ſe q̊d turba eſſet eo ī loco. Poſtea reperit eū Ieſus in tēplo, & dixit illi: Ecce ſanus fact⁹ es, ne poſthac pecces, ne qd deterius tibi cōtingat. Abijt ille hō, & nunciauit Iudæis, quod Ieſus eſſet a quo ſanatus fuiſſet. Ac propterea perſequebant̄ Iudæi Ieſū, & quærebāt illū occidere, q̊d iſta feciſſet in ſabbato. Ieſ⁹ aūt reſpōdit eis: Pater me⁹ ad hoc vſq̧ tpis operat̄, & ego operor Popterea ergo magis quærebāt eū Iudæi interficere, qa non ſolū ſoluiſſet ſabbatū, ſed & patrē ſuū dixiſſet deū, æqualē ſe faciēs deo. Reſpondit itaq̧ Ieſus, & dixit eis: Amē amē dico vobis, non pōt fili⁹ a ſe facere qcquā, niſi qd viderit patrē facientē. Quęcūq̧ em̄ ille fecerit, hęc itidē & fili⁹ facit. Pater em̄ diligit filiū, & oīa demōſtrat ei q̄ ipſe facit: & maiora his demōſtrabit ei opa, vt vos miremi. Sicut em̄ pr̄ ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & fili⁹ q̊s vult viuificat. Neq̧ em̄ pr̄ iudicat quēq̄, ſʒ oē iudiciū dedit filio, vt oēs honorent filiū, ſicut honorāt patrē. Qui nō honorat filiū, nō honorat patrē qui miſit illū. Amē amen dico vobis, q ſermonē meū audit, & credit ei q miſit me, habet vitā æternā, & in cōdemnationē nō veniet, ſed tranſiuit a morte in vitā. Amen amen dico vobis, q̊d veniet hora, & nunc eſt, qn̄ mortui audient vocē filij dei: & q audierint, viuent. Sicut em̄ pr̄ habet vitā in ſemetipſo, ſic dedit & filio habere vitā in ſemetipſo, & poteſtatē dedit ei iudicādi

quocꝫ q̄a filius hoıs eſt. Nolite mirari hoc, q̄a veniet hora, in qua
oẽs ꝗ in monumẽtis ſũt, audiẽt vocẽ eiꝰ, & ꝓdibunt, qui bona fe/
cerũt, in reſurrectionẽ vitæ: qui ꝟo mala egerũt, in reſurrectionẽ
cõdẽnationis. Nõ poſſum ego ex meipſo facere quicq̃. Sicut au/
dio, iudico, & iudiciũ meũ iuſtũ eſt, q̄a nõ quæro voluntatẽ meã,
ſed voluntatẽ eiꝰ qui miſit me, patris. Si ego teſtimoniũ perhibe
rẽ de meipſo, teſtimoniũ meũ nõ eſſet verũ. Aliꝰ eſt qui teſtimo/
niũ perhibet de me, & ſcio verum eſſe teſtimoniũ, quod teſtat̃ de
me. Vos miſiſtis ad Ioãnẽ, & is teſtimoniũ reddidit veritati. Ego
aũt non ab homine teſtimonium accipio, ſed hæc dico, vt vos ſal/
ui ſitis. Ille erat lucerna ardens & lucẽs, vos aũt voluiſtis ad tem/
pus exultare in luce eius. At ego teſtimoniũ habeo maius teſti/
monio Ioãnis. Opera enĩ quæ dedit mihi pater vt perficiã ea, ip
ſa inquã opera quæ ego facio, teſtant̃ de me, quod pater miſerit
me. Et ꝗ miſit me pat̃, ipſe teſtatus eſt de me. Necꝫ vocẽ eius vn/
quã audiſtis, necꝫ ſpeciẽ eius vidiſtis. & ſermonẽ eius non habe/
tis, i vobis manentẽ: q̄a quẽ miſit ille, huic vos nõ creditis. Scru
tamini ſcripturas, q̄a vos videmini vobis in ipſis vitã æternã ha/
bere: & illæ ſunt, quæ teſtantur de me, nec vultis venire ad me, vt
vitã habeatis. Gloriã ab hoibꝰ non accipio, ſed cognoui vos, q̊d
dilectionem dei nõ habeatis in vobis. Ego veni noıe patris mei,
nec recipitis me. Si alius venerit noıe ſuo, illũ recipietis. Quomo
do vos poteſtis credere, qui gloriã a vobis inuicem accipitis, &
gloriã quæ a ſolo deo proficiſcit̃, non quæritis? Nolite putare,
quod ego accuſaturus ſim vos apud patrẽ. Eſt qui accuſat vos

Moſes, in quo vos ſperatis. Si em̄ credidiſſetis Moſi, credidiſſetis vtiq; mihi, de me enim ille ſcripſit. Si aūt illius ſcriptis nō credi-tis, quō verbis meis credetis?

¶CA. VI.

POſt hæc abijt Ieſus trans mare Galilææ qđ eſt Tiberiadis & ſequebat̃ eū turba multa, ꝗa videbāt eius ſigna, quæ faciebat ſup̱ his ꝗ infirmabant̃. Subijt aūt in montē Ieſus, & ibi ſedebat cū diſcipulis ſuis. Inſtabat autē paſcha dies feſtus Iudæorū. Cū ſuſtuliſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet, qđ multa turba veniret ad ſe dicit ad Philippū: Vñ ememus pa-nes, vt edant iſti? Hoc aut dicebat tentans eū, ipſe em̄ ſciebat quid eſſet facturꝰ. Reſpōdit ei Philippus: Ducētorū denariorū panes nō ſufficiūt eis, vt vnuſꝗſq; puſillū quippiā accipiat. Dicit ei vnꝰ ex diſcipulis ipſiꝰ. Andreas frater Simonis Petri: Eſt puer vnus hic qui habet quiq; panes ordeaceos & duos piſces. ſed hæc ꝗd ſunt inter tā multos? Dixit aūt Ieſus: Facite vt hoīes diſcumbāt. Erat aūt gramē multū in eo loco. Diſcubuerūt ergo viri numero ferme quinquies mille. Accepit aūt panes Ieſꝰ, cūq; grās egiſſet, diſtribuit diſcipl̄is, diſcipl̄i vō diſcūbentibꝰ. Sil̄iter & ex piſcibꝰ q̄tū volebat. Vt aūt īpleti ſūt, dicit diſcipl̄is ſuis: Colligite q̄ ſup̱fuerūt fragmēta ne ꝗd pereat. Collegerūt ergo, & īpleuerūt duo-deci cophinos fragmētoꝝ ex quiq; panibꝰ ordeaceis, q̄ ſup̱fuerāt his ꝗ comederāt. Illi ergo hoīes cū vidiſſent qđ Ieſꝰ fecerat ſignū dicebāt. Hic eſt vere ꝓpheta ille qui venturus eſt in mundū. Ieſus ergo cū cognouiſſet quod venturi eſſent, ac rapturi ipſū vt face-rent ipſum regem, receſſit iterū in montē ipſe ſolus. At vbi iam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

veſpera eſſet, deſcenderũt diſcipuli eius ad mare, & cõſcenſa naui,
venerũt traiecto mari ad oppidũ Capernaum. Iãq; tenebræ erãt,
nec venerat ad eos Ieſus. mare aũt vento magno flente intumeſ-
cebat. Cũ remigaſſent ergo ferme ſtadia vigintiquinq; aut trigin
ta, vident Ieſum ambulantẽ ſup mare, & appropinquantẽ naui,
ac timuerũt. Ille aũt dicit eis: Ego ſum, nolite timere. Voluerũt er
go recipere eum in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quã
ibant. Poſtero die turba quæ ſtabat trans mare, vt vidit, quod na-
uicula alia nõ eſſet ibi, niſi vna illa in quã ingreſſi fuerãt diſcipuli
eius, & quod non introiſſet cũ diſcipulis ſuis Ieſus in nauiculã,
ſed ſoli diſcipuli ei9 abiſſent: Aliæ vero ſuperuenerũt nauiculæ a
Tiberiade iuxta locũ vbi comederãt panẽ, poſteaq̃ grãs egiſſet
dñs: Cũ ergo vidiſſet turba, quod Ieſus non eſſet ibi neq; diſcipu-
li eius, aſcenderunt & ipſi in nauiculas & venerũt Capernaum,
quęrẽtes Ieſum, & cũ inueniſſent eũ trans mare, dixerũt ei: Rab-
bi, qñ huc veniſti? Reſpondit eis Ieſus, & dixit: Amẽ amen dico
vobis, q̃ritis me, nõ q̃a vidiſtis ſigna, ſed q̃a comediſtis de panib9
& ſaturati eſtis. Operemini nõ cibũ qui perit, ſed qui ꝑmanet in
vitã æternã, quẽ filius hoĩs dabit vobis, hunc eñ pater conſigna-
uit deus. Dixerunt ergo ad eũ: Quid facim9, vt operemur opera
dei? Reſpõdit Ieſus, & dixit eis: Hoc eſt opus dei, vt credatis in eũ
quẽ miſit ille. Dixerũt ergo ei: q̊d ergo tu facis ſignũ, vt videam9
& credamus tibi? quid operaris? Pr̃es nr̃i mãducauerũt manna
in deſerto, ſicut ſcriptũ eſt: Panem de cœlo dedit eis ad edendum.
Dixit ergo eis Ieſus: Amen amen dico vobis, non Moſes dedit

vobis illũ panẽ de cœlo,ſed pater meus dat vobis panem de cœlo
verũ. Panis em̃ dei eſt ꝗ de cœlo deſcẽdit,& dat vitã mũdo. Dixe-
runt ergo ad eũ: Dñe,ſp da nobis panẽ iſtum. Dixit aũt eis Ieſus:
Ego ſũ panis vitæ. Qui venit ad me,nõ eſuriet:& ꝗ credit in me,
nõ ſitiet vnquã. Sʒ dixi vobis, q̊d etiã vidiſtis me,nec creditꝫ. Oẽ
qď dat mihi pater,ad me veniet:& eũ ꝗ venerit ad me, non eĳcio
foras. Quia deſcendi de cœlo: vt faciã non qď ego volo, ſed qď
vult is qui miſit me. Hæc eſt aũt volũtas eius ꝗ miſit me patris,
ne quid perdã ex oib⁹ quę dedit mihi,ſed reſuſcitẽ illa in nouiſſi-
mo die. Hæc eſt aũt volũtas eius qui miſit me:vt oĩs qui videt fi-
liũ & credit in eũ,habeat vitã æternã:& ego ſuſcitabo eũ in nouiſ-
ſimo die. Murmurabãt ergo Iudæi de illo,quod dixiſſet,ego ſum
panis ille,qui de cœlo deſcẽdi. Et dicebãt: Nõne hic eſt Ieſus fili⁹
Ioſeph. cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo
dicit hic,de cœlo deſcẽdi? Reſpondit ergo Ieſus,& dixit eis. Noli-
te murmurare inter vos. Nemo poteſt venire ad me, niſi pr̃ qui
miſit me,traxerit eũ,& ego ſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Eſt ſcri-
ptũ in prophetis,& erunt oẽs docti a deo. Omnis ergo qui audi-
uit a patre & didicit, venit ad me,nõ quod patrẽ viderit quiſquã,
niſi is qui eſt a deo, hic vidit patrẽ. Amẽ amẽ dico vobis,qui cõ-
fidit mihi,habet vitã æternã. Ego ſum panis ille vitæ. Patres ve-
ſtri comederunt manna in deſerto & mortui ſunt. Hic eſt panis
de cœlo deſcẽdens vt ex ipſo edat aliquis, & non moriatur. Ego
ſum panis viuus qui de cœlo deſcẽdi. Si quis ederit ex hoc pane,
viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea eſt,quam

ego dabo pro mundi vita. Decertabant ergo Iudæi inter ſe, dicen-
tes: Quomodo poteſt hic nobis carnem dare ad edendum? Dixit
ergo eis Ieſus: Amen amen dico vobis, niſi ederitis carnem filij
hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habetis vitã in vobis.
Qui edit meã carnem, & bibit meũ ſanguinẽ, habet vitã æternã:
& ego ſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. Caro enim mea vere eſt ci-
bus, & ſanguis meus vere eſt potus. Qui edit meã carnẽ, & bibit
meũ ſanguinẽ, in me manet & ego in illo. Sicut miſit me viuens
pater, ita & ego viuo ꝓpter patrẽ: & qui ederit me, & ipſe viuet
ꝓpter me. Hic eſt panis q̃ de cœlo deſcẽdit: non ſicut comederũt
patres veſtri manna, & mortui ſũt: Qui ederit hũc panẽ, viuet in
æternũ. Hæc dixit in ſynagoga docens in Capernaũ. Multi ergo
his auditis ex diſcipulis eius dixerũt: Durus eſt hic ſermo. Quis
poteſt eũ audire? Sciens aũt Ieſus apud ſemetipſum, quod mur-
murarẽt de hoc diſcipuli ipſius, dixit eis: Hoc vos offendit? Quid
igitur ſi videritis filium homĩs aſcendentẽ eo vbi erat prius? Spi-
ritus eſt qui viuificat, caro non prodeſt quicq̃. Verba quæ ego lo-
quor vobis, ſpiritus & vita ſunt. Sed ſunt quidã ex vobis qui nõ
credunt. Nouerat enim ab initio Ieſus, qui eſſent non credentes,
& quis proditurus eſſet ipſum. Et dicebat: Propterea dixi vobis,
quod nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum a patre meo.
Ex eo tp̃e multi diſcipulorũ eius deſciuerunt eo relicto, nec am-
plius cũ illo ambulabant. Dixit ergo Ieſus ad duodecim: Num
& vos vultis abire? Reſpondit ergo ei Simõ Petrus: Dñe, ad quẽ
ibimus? verba vitæ æterne habes, & nos credimus & cognoui-

mus,quod tu es Chriſtus filius dei viui.Reſpōdit eis Ieſus:Non
ne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus eſt? Dice-
bat aūt de Iuda Simonis Iſcariota. Hic enim erat prodituтus eū
cum eſſet vnus ex duodecim.

¶ CA. VII.

V Erſabatur Ieſus poſt hæc in Galilæa,non em̄ volebat
in Iudæa verſari,quia quærebant eū Iudæi interfice-
re. Erat aūt in propinquo dies feſtus Iudæorum ſce-
nopegia. Dixerūt igit̄ ad eū fratres eius: Tranſi hinc, & vade in
Iudæā,vt & diſcipuli tui videāt opera tua quę facis. Nemo quip
pe in occulto facit aliquid, & quærit ipſe palā eſſe. Si hæc facis,
declara teipſū mūdo. Nā ne fratres q̄dē eius credebant in eū. Di-
cit ergo eis Ieſus: Tempus meū nondū adeſt,tp̄s aūt veſtrū ſemp̄
eſt paratū. Nō pōt mund⁹ odiſſe vos,me aūt odit: quia ego teſti-
moniū fero de illo, q̄d opera ei⁹ mala ſint. Vos aſcendite ad diem
feſtū hūc. Ego nondū aſcendo ad feſtū hoc,quia meū tempus nō-
dū impletū eſt. Hæc aūt cū dixiſſet illis,manſit in Galilæa. Vt au
tē aſcenderūt fratres eius,tūc & ipſe aſcendit ad feſtū, nō manife-
ſte,ſed velut in occulto. Iudæi ergo quærebant eū in feſto,& dice
bant: Vbi eſt ille? Et murmur multū erat in turbis de eo. Quidam
em̄ dicebāt,bonus eſt: alij aūt dicebant,nō, ſed ſeducit turbā. Ne-
mo tn̄ palā loq̄bāt de illo ꝓpter metū Iudæorū. Cū aūt iā dimidi-
um feſti peractū eſſet,aſcendit Ieſus in tēplū ac docebat. Et mira-
banť Iudæi dicētes: Quomodo hic literas ſcit,cum nō didicerit?
Reſpondit eis Ieſus,& dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius
qui miſit me. Si quis voluerit voluntati eius obtemperare, cog-

noſcet de doctrina, vtrum ex deo ſit, an ego a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquit̃, gloriã ꝓpriã q̃rit. Qui aũt quærit gloriã ei⁹ q̧ miſit ipſũ, hic verax eſt, & iniuſticia in illo non eſt. Nonne Moſes dedit vobis legẽ, & tñ nemo ex vobis factis preſtat legem? Quid me q̃ritis interficere? Reſpõdit turba, & dixit: Dæmoniũ habes, Quis te q̃rit iterficere? Reſpõdit Ieſus, & dixit eis: Vnũ op⁹ feci, & oẽs miramini. Propterea Moſes dedit vobis circũciſionẽ: non q̧a ex moſe ſit, ſed ex patrib⁹. Et tñ in ſabbato circũciditis hoiem. Si circũciſionẽ accipit hõ in ſabbato, vt non ſoluat̃ lex Moſi, mihi indignamini, quod totũ hoiem ſanũ fecerim in ſabbato? Nolite iudicare ſecundũ aſpectũ, ſed iuſto iudicio iudicate. Dicebant ergo q̧dã ex Hieroſolymitanis: Nonne hic eſt quẽ q̃runt interficere? Atqui ecce palã loquit̃, & nihil ei dicũt. Num vere cognouerunt principes, hunc eſſe vere Chriſtũ? Sed hunc nouimus vnde ſit. Chriſtus aũt cũ venerit, nemo ſcit vñ ſit. Clamabat ergo Ieſus in tẽplo docẽs, ac dicẽs: Et me noſtis, & vnde ſim noſtis, & a meipſo nõ veni, ſed eſt verax qui miſit me, quem vos non nouiſtis. Ego vero noui eũ, quia ab ipſo ſum, & ille me miſit. Quærebant ergo eũ apprehendere, & nemo miſit in illũ manus, quia nondũ venerat hora eius. De turba autẽ multi crediderũt in eũ, ac dicebant: Chriſtus cũ venerit, nũ ſigna plura ædet ĳs quę hic ædidit? Audierunt phariſæi turbã murmurantẽ de illo hæc, & miſerunt phariſæi ac principes ſacerdotũ miniſtros vt appredenderẽt eũ. Dixit ergo eis Ieſus: Adhuc puſillũ tp̃is vobiſcũ ſum, & abeo ad eũ qui me miſit. Quęretis me, nec inuenietis: & vbi ego ſum, eo

vos nō poteſtis venire. Dixerunt ergo iudæi inter ſeſe: Quo hic iturus eſt, quia non inueniemus eū? Num in diſperſionem gen-tiū iturus eſt, & docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quem dixit, quæritis me, & non inuenietis: & vbi ego ſum, eo vos non po-teſtis venire? In nouiſſimo autem die magno feſti ſtabat Ieſus & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc aūt dixit de ſpiritu, quē accepturi erāt credētes in ip-ſū. Nōdū em̄ erat ſpiritus ſanctus, qa Ieſus nōdū erat glorificat⁹ Multi ergo de turba cū audiſſent hunc ſermonē, dicebāt: Hic eſt vere ꝓpheta. Alij dicebant. Hic eſt Chriſtus. Quidā aūt dicebāt: Nū a Galilæa veniet Chriſtus? Nonne ſcriptura dicit, quod ex ſemine Dauid, & de Bethleem caſtello, vbi erat Dauid, veniet Chriſt⁹? Diſſenſio itaq; orta eſt in turba propter eū. Quidā autē ex ipſis volebāt apprehendere eū, ſed nemo cōiecit in eū manus. Venerūt ergo miniſtri ad pōtifices & phariſęos, & dixerūt eis illi: Quare nō adduxiſtis illū? Reſpōderunt miniſtri: Nunquā ſic lo-cutus eſt homo, ſicut hic hō. Reſponderūt ergo eis phariſæi: Nū & vos ſeducti eſtis? Nunquis ex principib⁹ credidit in eū, aut ex phariſæis? Sed turba hæc q̄ nō nouit legē, execrabiles ſūt. Dicit Nicodemus ad eos, is qui venerat ad eum nocte, qui vnus erat de numero eorū, Nū lex noſtra iudicat hominē, niſi prius audierit ab ipſo, & cognouerit qd faciat? Reſpōderūt, & dixerūt ei: Num & tu Galilæus es? Scrutare & vide, qd a Galilæa propheta non ſurrexit. Et profectus eſt vnuſquiſq; in domum ſuam.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶CAPVT. VIII.

i Eſus aũt perrexit in montẽ oliuatũ, & diluculo iturũ,
venit in templũ, cunctuſq; populus venit ad eum: &
ſedens docebat eos. Adducunt aũt ad eũ ſcribæ & phariſæi mu-
lierẽ in adulterio deprehenſam, & cũ ſtatuiſſent eã in medio, di-
cũt ei: Magiſter. hæc mulier deprehẽſa eſt in ipſo adulterio. In le-
ge aũt Moſes p̃cepit nobis vt huiuſmodi lapidarentur. Tu ergo
quid dicis? Hoc aũt dicebant, tentãtes eũ, vt poſſent accuſare eũ.
Ieſus aũt inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat interra. Cũ ergo
perſeuerarent interrogare, erexit ſe. & dixit eis: Qui veſtrũ im-
munis eſt a peccato, prim⁹ in illã lapidẽ iaciat. Et iterũ ſe inclinãs
ſcribebat in terra. Audiẽtes aũt hæc ſingulatim alius poſt alium
exibant, initio facto a ſeniorib⁹, & relictus eſt ſolus Ieſus, ac mu-
lier in medio ſtans. Cũ aũt erexiſſet ſe Ieſus, & neminem videret
præter mulierẽ, dixit ei: Mulier, vbi ſunt illi tui accuſatores? Ne-
mo te condẽnauit? Quæ dixit: Nemo dñe. Dixit aũt Ieſus: Nec
ego te condẽno. Vade, & poſthac ne peccaueris. Iterũ ergo Ieſus
locutus eſt eis. dicẽs: Ego ſum lux mũdi. Qui ſequit̃ me, nõ am-
bulabit in tenebris, ſed habebit lumẽ vitæ. Dixerũt ergo ei pha-
riſæi: Tu de teipſo teſtaris, teſtimoniũ tuũ nõ eſt verũ. Reſpondit
Ieſus & dixit eis: Et ſi ego teſtimoniũ p̃hibeã de meipſo, verũ eſt
teſtimoniũ meũ, quia ſcio vnde veni, & quo vado. vos aũt neſci-
tis vñ venio, & quo vado. Vos ſecundũ carnẽ iudicatis, ego non
iudico quẽq̃: porro & ſi iudicẽ ego, iudiciũ meũ verũ ẽ, qa ſolus
nõ ſũ, ſed ego & q miſit me pr̃. Quin & in lege vr̃a ſcriptũ eſt, q̃d

duorũ hoim teſtimoniũ verũ ẽ. Ego ſũ ꝗ teſtimoniũ fero de me-
ipſo & teſtimoniũ fert de me ꝗ miſit me pr̃. Dicebãt ergo ei: Vbi
eſt pr̃ tuus? Reſpondit Ieſus: Neqꝫ me noſtis, neqꝫ patrẽ meũ. Si
me nouiſſetis, & patrẽ meũ nouiſſetis. Hæc verba locut⁹ eſt Ieſus
in gazophylacio, docens in templo. Et nemo apprehendit eũ, ꝗa
nondũ venerat hora eius. Dixit ergo iterũ eis Ieſus: Ego vado &
quæretis me, & in peccato vr̃o moriemini. q̊ ego vado, vos non
poteſtis venire. Dicebãt ergo Iudæi: Nũ interficiet ſemetipſum,
ꝗa dicit: q̊ ego vado vos non poteſtis venire? Et dicebat eis: Vos
ab infernis eſtis, ego de ſupernis ſũ. Vos de mundo hoc eſtis, ego
non ſũ de hoc mũdo. Dixi ergo vobis, ꝙ moriemini in peccatis
veſtris. Si em̃ non credideritis, ꝙ ego ſum, moriemini in pecca-
tis vr̃is. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Et dicit eis Ieſus: In pri-
mis ꝙ & loquor vobis. Multa habeo quę de vobis loquar ac iu
dicẽ, ſed qui me miſit, verax eſt: & ego quæ audiui ab eo, hæc lo-
quor in mũdo. Nõ cognouerũt, ꝙ de patre eis locut⁹ eſſet. Dixit
ergo eis Ieſus: Cũ exaltaueritis filiũ homĩs, tunc cognoſcetis ꝙ
ego ſim, & a meip̃o faciã nihil: ſed ita vt docuit me pr̃, hęc loquar
Et ꝗ me miſit, mecũ eſt. Nõ reliq̃t me ſolũ pr̃. ꝗa ego q̃ placita ſũt
ei, facio ſp̃. Hęc illo loquẽte m̃lti crediderũt in eũ. Dicebat ergo
Ieſus ad eos ꝗ crediderãt ipſi Iudæos: Si vos mãſeritis in ſermõe
meo, vere diſcipuli mei eſtis: & cognoſcetis veritatẽ, & veritas li-
beros reddat vos. Reſponderunt ei: Semen Abrahæ ſumus, neqꝫ
cuiq̃ ſeruiuimus vnq̃, quõ tu dicis, liberi reddemini? Reſpondit
eis Ieſus. Amẽ amen dico vobis, q̊d oĩs ꝗ facit peccatũ, ſeruus eſt

peccati. Seruus aũt nõ manet in domo in æternũ, filius manet in
ęternũ Si ergo vos filius liberos reddiderit vere liberi eſtis. Scio
qđ ſemẽ Abrahę ſitis. Sed quæritis me interficere, q̄a ſermo me-
us non habet locũ in vobis. Ego qđ vidi apđ patrẽ meũ, loquor:
& vos qđ vidiſtis apud patrẽ veſtrũ, facitis. Reſpõderũt & dixe-
rũt ei: Pr̃ nr̃ Abrahã eſt. Dicit eis Ieſus: Si filij Abrahę eſſetis, ope-
ra Abrahę faceretis. Nũc aũt q̄ritis me interficere hoiem, q̄ verita-
tẽ vobis locutus ſum, quã audiui a deo. hoc Abraham non fecit.
Vos facitis opera pr̃is vr̃i. Dixerunt itaq; ei: Nos e ſtupro non
ſumus nati. Vnũ pr̃em habemus deum. Dixit eis Ieſus: Si deus
pr̃ vr̃ eſſet, diligeretis vtiq; me. Ego em̃ ex deo proceſſi & veni.
Neq; em̃ a meipſo veni, ſed ille me miſit. Quare loquelã meã nõ
agnoſcitis? quia non poteſtis audire ſermonẽ meum. *Vos ex pr̃e*
diabolo eſtis. & deſyderijs pr̃is veſtri vultis obſeq. Ille homicida
erat ab initio, & in veritate nõ ſtetit, q̄a nõ eſt veritas in eo. Cũ lo-
quit̃ mẽdatiũ, ex ꝓprijs loquit̃, q̄a mẽdax eſt, atq; ei9 rei pr̃. Ego
aũt q̄a veritatẽ dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguit me
de peccato? Si veritatẽ dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex
deo eſt, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo
nõ eſtis. Reſpõderũt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Nonne bene dici-
mus nos, Qđ ſamaritan9 es tu, & dæmoniũ habes? Reſpõdit Ie-
ſus: Ego dęmoniũ nõ habeo, ſed cohoneſto patrẽ meũ, & vos ig-
nominia affeciſtis me. Ego aũt nõ quæro gloriã meã: eſt q̄ quæ-
rat & iudicet. Amen amen dico vobis, ſi quis ſermonẽ meũ ſerua-
uerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo illi Iudæi:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nūc cognouimus qđ dæmoniū habeas. Abrahā mortuus eſt & prophetæ, & tu dicis: ſi quis ſermonē meū ſeruabit, non guſtabit mortē in æternū. Nunquid tu maior es patre noſtro Abrahā, qui mortuus eſt? Et prophete mortui ſūt. Quē te ipſum tu facis? Reſpōdit Ieſ⁹: Si ego glorifico meipſū, glĩa mea nihil eſt. Eſt pater me⁹ qui glorificat me, quē vos dicitis deū veſtrū eſſe, & tamen nō cognouiſtis eū, ego aūt noui eū. Et ſi dixero, qđ non nouerim eū, ero ſimilis veſtri mendax. Sed noui eū & ſermonē eius ſeruo. Abrahā pater veſter exultauit vt videret diē meū, & vidit atq; gauiſus eſt. Dixerūt ergo Iudæi ad eū: Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahā vidiſti? Dixit eis Ieſus: Amen amen dico vobis. antequā Abrahā eſſet ego ſum. Tollebant ergo lapides, vt iacerent in eum. Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit e templo.

## ¶CAPVT. IX.

ET præteriens Ieſus vidit hoiem cæcū a natiuitate, & interrogauerunt eū diſcipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic an parentes eius. vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, ſed vt manifeſtentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt. Venit nox qñ nemo poteſt operari. Quamdiu fuero in mundo, lux ſum mundi. Hoc cū dixiſſet, expuit in terram: & fecit lutum ex ſputo, & illeuit lotū ſup oculos cæci, & dixit ei: Vade, laua in piſcina Siloę, qđ ſi interpreteris, ſonat miſſus. Abijt ergo & lauit, & venit vidēs. Itaq; vicini & qui viderant eū prius, qđ mēdicus eſſet, dicebant: Nonne hic eſt qui

ſedebat,& mẽdicabat? Alĳ dicebant, hic eſt: alĳ rurſus, ſimilis eſt ei. Ille dicebat, ego ſum. Dicebãt ergo ei: Quõ aperti ſũt tibi oculi? Reſpondit ille,& dixit: Ille hõ qui dicit̃ Ieſus, lutũ fecit,& inunxit oculos meos,& dixit mihi: Vade ad piſcinã Siloæ,& laua. Vt aũt abĳ ac laui, viſum recepi. Dixerũt ergo ei: Vbi eſt ille? Ait, neſcio. Adducunt ad phariſæos eum qui dudum cæcus fuerat. Erat aũt ſabbatũ cum lutum faceret Ieſus,& aperiret oculos eius Iterũ ergo interrogabant eũ & phariſæi, quõ viſum recepiſſet. Ille aũt dixit eis: Lutũ mihi impoſuit ſuper oculos,& laui & video. Dicebant ergo ex phariſæis quidã: Non eſt hic homo a deo quia ſabbatũ non obſeruat. Alĳ aũt dicebant: Qnõ poteſt homo peccator hæc ſigna ædere? Et diſſenſio erat inter eos. Dicunt cæco iterũ: Tu quid dicis de illo, q̃a aperuit tibi oculos tuos? Ille aũt dixit: Propheta eſt. Non crediderũt ergo Iudæi de illo, qđ cæcus fuiſſet & viſum recepiſſet, donec vocauerũt parentes eius qui viſum receperat.& interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quẽ vos dicitis cæcum natum eſſe? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderũt eis parẽtes eius,& dixerunt: Scimus qđ hic eſt filius noſter & qđ cæcꝰ natꝰ eſt, quõ aũt nũc videat, neſcimꝰ: aut quis eiꝰ aperuerit oculos, nos neſcimꝰ. Ipſe ętatẽ habet, ipſũ interrogate, ipſe de ſe loquet̃. Hæc dixerunt parentes eius, quod timerẽt Iudæos. Iam eñ cõſpirauerant Iudæi: vt ſi quis eũ confiteret̃ eſſe Chriſtũ, e ſynagoga eĳceret̃. Propterea parẽtes eiꝰ dixerunt, ætatẽ habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hoiem, qui fuerat cæcus,& dixerũt ei: Da gloriã deo. Nos ſcimꝰ, quod

hic hō peccator eſt. Reſpondit ergo ille, & dixit: An peccator ſit
neſcio, vnū ſcio, qđ cæcꝰ cū eſſem, nunc videā. Dixerunt ergo illi
iterum: Quid fecit tibi? Quō aperuit tibi oculos? Reſpondit eis:
Dixi vobis iam, nec audiſtis: Cur iterū vultis audire? Nū & vos
vultis diſcipuli eius fieri? Cōuitiati ſunt ergo ei, & dixerunt: Tu
diſcipulus illius eſto, nos aūt Moſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus
quod Moſi locutꝰ eſt deus, hūc aūt neſcimus vnde ſit. Reſpōdit il
le homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddā eſt, quod vos
neſciatis vnde ſit, & tamē aperuit meos oculos. Scimus aūt, qđ
pctōres deus nō audit, ſed ſi quis dei cultor eſt, & volūtati ipſius
obtēperat, hunc audit: A ſeculo nō eſt auditū, quod quis aperue-
rit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic a deo, nō potuiſſet facere quic-
quā. Reſpōderūt & dixerūt ei: In peccatis natꝰ es totus, & tu do-
ces nos? Et eiecerūt eū foras. Audiuit Ieſus quod eieciſſent eum
foras, cūq; inueniſſet eū, dixit ei: Tu credis in filiū dei? Reſpon-
dit ille & dixit: Quis eſt dn̄e, vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus:
Et vidiſti eum, & qui loquit̄ tecū, ipſe eſt. At ille ait: Credo dn̄e. &
adorauit eū. Et dixit ei Ieſus: In iudiciū ego in hūc mūdū veni: vt
q nō vidēt, videāt: & q vidēt, cæci fiant. Et audierūt qdā ex pha-
riſæis hæc, q cū ipſo erant, & dixerūt ei: Nū & nos cæci ſumus?
Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, nō haberetis peccatū. Nūc vero di
citis, videmus, idcirco peccatū vr̄m manet. ¶CAPVT. X.

Men amē dico vobis: qui nō intrat p oſtiū in ſtabulū
a ouiū, ſed aſcēdit aliūde, ille fur eſt & latro. Qui aūt in
trat per oſtiū, paſtor eſt ouiū. Huic oſtiarius aperit, &

oues vocē eius audiunt. Et proprias oues vocat noīatim, & edu-
cit eas. Et cū proprias oues emiſerit, ante eas vadit, & oues illum
ſequunẽ, quia nouerunt vocē eius. Alienū aūt nō ſequenẽ, ſed effu-
gient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorū. Hoc prouerbiū
dixit eis Ieſus, illi aūt nō cognouerūt, quę eſſent quę loquereẽ eis
Dixit ergo eis iterū Ieſus: Amē amē dico vobis, ego ſum oſtium
ouiū Oēs quotq̊t ante me venerūt, fures ſunt & latrones, ſed non
audierunt eos oues. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit,
ſeruabitur, & ingredietur, & egredietur, & paſchua inueniet. Fur
non venit, niſi vt furetur & mactet, ac perdat. Ego veni vt vitam
habeant, & abundantius habeant. Ego ſum paſtor ille bonus.
Bonus paſtor animā ſuam dat pro ouibus. Mercenarius autem,
& qui nō eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupū ve-
nientem, ac deſerit oues, fugitq́, & lupus rapit ac diſpergit oues.
Mercenarius aūt fugit, quia mercenarius eſt, & oues nō ſunt illi
curæ. Ego ſum paſtor ille bonus, & cognoſco oues meas, & cog-
noſcor a meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrē, & ani-
mā meā pono pro ouibus. Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex
hoc ouili. Illas q̊q́ oportet me adducere, & vocē meā audient, &
fiet vnū ouile, vnꝰ paſtor. Propterea me pr̄ diligit, q̄a ego pono
aīam meā, vt iterū ſumā eā. Nemo tollit eā a me, ſed ego pono eā
a meipſo. Poteſtatē habeo ponendi eā: & poteſtatē habeo rurſus
ſumendi eā, hoc mandatū accepi a patre meo. Diſſenſio igiẽ iterū
facta eſt inter Iudæos, propter ſermones hos. Dicebant aūt mul-
ti ex ipſis: Dæmoniū habet, & inſanit: quid eū auditis? Alij dice-

bant:Hæc verba nõ ſunt dæmoniũ habentis. Num dæmonium
poteſt cæcorũ oculos aperire? Facta ſunt aũt encænia Hieroſoly-
mis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in tẽplo in porticu Salo-
monis. Circundederũt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quouſq;
animã noſtrum ſuſpendis? Si tu es Chriſtus, dic nobis ingenue,
Reſpondit eis Ieſus: Dixi vobis, nec creditis. Opera quæ ego fa-
cio noĩe patris mei, hæc teſtimoniũ reddunt de me. Sed vos non
creditis, q̃a non eſtis ex ouib⁹ meis, quẽadmodũ dicebam vobis:
Oues meæ vocem meã audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequunt̃
me, & ego vitã æternã do eis, nec peribunt in æternũ, neq; rapi-
et eas quiſquã de manu mea. Pater me⁹ qui dedit mihi, maior oĩ-
bus eſt, & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater
vnũ ſumus. Suſtulerũt ergo turſum lapides Iudæi, vt lapidarent
eũ. Reſpõdit eis Ieſus: Multa bona opa oſtẽdi vob̃ ex patre meo,
propter qd̃ eoꝝ opeꝝ me lapidatis? Reſpõderũt ei Iudæi, dicen-
tes: Ob bonũ op⁹ nõ lapidam⁹ te, ſed ob blaſphemiã: & q̃a tu hõ
cũ ſis, facis teipm̃ deũ. Reſpõdit eis Ieſus: Nõne ſcriptũ eſt in lege
vr̃a, ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos ad q̃s ſermo dei fact⁹ eſt,
& nõ põt ſolui ſcriptura de eo, quẽ pr̃ ſanctificauit & miſit in mũ
dũ. Vos dicitis me blaſphemare, q̃a dixerim, fili⁹ dei ſũ? Si nõ fa
cio opa pr̃is mei, nolite credere mihi. Sin vero facio, & ſi mihi nõ
credatis, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis, quod pater
in me eſt, & ego in eo. Quærebant iterum eum apprehendere, &
exiuit de manu eoꝝ, & abijt iteꝝ trans Iordanẽ in eum locum, vbi
fuerat Ioannes baptizans primum, manſitq; illic. Et multi vene-

rũt ad eũ, ac dicebãt: Ioannes q̃dẽ ſignũ ædidit nullũ. Omnia aũt
quæcunq; dixit Ioannes de hoc, vera erant, & crediderunt multi
illic in eum.

¶CAPVT. XI.

Egrotabat aũt quidã nomie Lazarus Bethanienſis a
a castello Mariæ & Marthæ huius ſororis. Maria autẽ
erat ea quæ vnxit dñm vnguento, & exterſit pedes
eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus ægrotabat. Miſerũt ergo
ſorores eius ad eũ, dicentes: Dñe, ecce quẽ amas, ægrotat. Audi/
ens aũt Ieſus, dixit: Infirmitas hęc nõ eſt ad mortẽ, ſed ꝑ gloria
dei, vt glorificetũ filius dei per eã. Diligebat aũt Ieſus Marthã &
ſororẽ eiꝰ & Lazarũ. Vt ergo audiuit qđ egrotaret, tum q̃dẽ tp̄is
manſit in eodẽ loco duobꝰ diebꝰ. Deinde poſt hoc dicit diſciplis:
Eamꝰ in Iudæã iterũ. Dicũt ei diſcipuli: Rabbi, mõ q̃rebãt te Iu/
dæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit Ieſus: Nõne duo/
decim ſunt horę dei? Si quis ambulauerit in die, nõ offendit: q̃a
lucẽ huiꝰ mundi videt. Si q̃s aũt ambulauerit in nocte, offendit:
quia lux nõ eſt in eo. Hec ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarꝰ amicꝰ
nr̃ dormit, ſed vado vt a ſomno excitẽ eũ. Dixerũt ergo diſcipuli
eiꝰ: Dñe, ſi dormit, ſaluꝰ erit. Dixerat aũt Ieſus de morte eiꝰ, at illi
putauerũt, qđ de dormitiõe ſomni diceret. Tũc ergo Ieſus dixit
eiꝰ manifeſte: Lazrus mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt cre/
datis, qđ non fuerim ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas
qui dicitũ didymus, ad diſcipulos: Eamus & nos vt moriamur cũ
eo. Venit itaq; Ieſus, & inuenit eũ quattuor dies iã in monumen/
to habentem. Erat aũt Bethania iuxta Hieroſolymam fere ſtadijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quindecim. Multiq; ex Iudæis venerant ad Marthã ac Mariã, vt
conſolarent̃ eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit q̃d Ieſus ve-
niſſet, occurrit illi: Maria vero domi deſidebat. Dixit ergo Mar-
tha ad Ieſum: Dñe, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus
Sed & nunc ſcio, quod quæcunq; popoſceris a deo, daturus tibi
ſit deus. Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus. Dicit ei Martha:
Scio quod reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die. Dicit ei Ie-
ſus: Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me, etiã ſi mortu9
fuerit, viuet: & oĩs qui viuit & credit in me, non morief̃ in æternũ
Credis hoc? Ait illi: Etiã dñe. Ego credo, q̃d tu ſis Chriſtus ille
fili9 dei, qui in mundũ ventur9 erat. Et cũ hæc dixiſſet, abijt & vo
cauit Mariã ſororẽ ſuam clanculũ dicens: Magiſter adeſt, & vocat
te. Illa vt audiuit, ſurgit cito, & venit ad eum. Nondũ aũt venerat
Ieſus in caſtellũ, ſed erat in eo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudęi
ergo qui erãt cũ ea in domo & cõſolabanẽ eã: cũ vidiſſent Mariã
q̃d cito ſurrexiſſet & exiſſet, ſecuti ſunt eã, dicẽtes: Vadit ad mo-
numentum, vt ploret ibi. Maria ergo cũ veniſſet eo, vbi erat Ieſus
videns eũ, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Dñe, ſi fuiſſes hic, non
eſſet mortu9 frater me9. Ieſus ergo vt vidit eã plorantẽ, & Iudęos
qui venerãt cũ ea plorãtes, infremuit ſpiritu & turbauit ſeipſum
& dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Dñe, veni & vide. Lachry-
matus eſt Ieſus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat
eum. Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui ape
ruit oculos cæci, facere, vt & hic non moreretur? Ieſus ergo
rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat

aũt ſpelunca, & lapis impoſitus erat ei. Ait Ieſus: Tollite lapidẽ
Dicit ei Martha ſoror eius qui mortuꝰ fuerat. Dñe, iam olet, qua
triduanꝰ eſt em̃. Dicit ei Ieſus: Nõne dixi tibi, quod ſi credideris,
viſura eſſes gloriã dei? Suſtulerunt ergo lapidẽ a loco, vbi is qui
mortuus fuerat, erat poſitus. Ieſus aũt attollens ſurſum oculos,
dixit: Pater gr̃as ago tibi, qm̃ audiſti me. Ego aũt ſciebam, quod
ſemper me audis, ſed propter turbã quæ circũſtat dixi, vt credãt,
quod tu me miſeris. Atq; hæc cũ dixiſſet, voce magna clamauit:
Lazare, veni foras. Et prodijt q fuerat mortuus, manus & pedes
hñs reuinctos faſcijs ſepulchralibus, & facies illius ſudario erat
obuincta. Dicit eis Ieſus: Soluite eum, & ſinite abire. Multi ergo
ex iudæis qui venerant ad Mariã, & viderant quæ feciſſet Ieſus,
crediderũt in eũ. Quidã aũt ex ipſis abierũt ad phariſæos, & dixe
runt eis, quæ feciſſet Ieſus. Congregauerunt ergo pontifices &
phariſæi cõciliũ, ac dicebãt: Quid facimus, quia hic hõ multa ſig
na ædit? Si permiſerimus eũ ſic, omnes credent in eum. Veniẽtq;
Rhomani, & tollent tũ locũ nr̃m, tum gentem. Vnus aũt ex ipſis
